dens ex illo scilicet quantum ad
vires quas communicat cum anima
sensibili et vegetabili. partim
vero scorsum est et abstracta
et non pendens ex corpore scilicet
est quantum ad vires suas sub-
limes et nobiliores quas
communicat cum angelis. Et ita
patet quod aliquae vires animae sunt
mortales et aliquae immortales
Quod non est in anima humana
principalis ac nobilissimum omnium
est immortale. visus vero
vel auditus vel alius sensus
corporis corruptibilis est et
mortalis. 2um hoc quod habet

a corpore sit. Secundum quia peccatum corporis. Item si providit divina bonitas innumerabilibus animabus sibi convenientia scilicet corporalia et corpora quanto fortius providit animabus humanis bona tanto convenientiora quanto ante volucres animabus irrationabilibus antecellunt. Et quanto bonitas eius largitas ceteris largitoribus antecellit. Necesse igitur est deum ditissima largitate sua dare animabus sibi servientibus felicitatem perhennem. Cum temporalis plurimo non esset congruens celsitudini dei nec decens omnipotencie sue illa dare. Non esset autem perhennis si morte tolleretur. Et ideo necesse est ut eas faciat immortales. Non enim aliter dedisset convenientissima et ditissima ac omnipotentissima largitate sua. Et attende diligenter comparaciones et proporcionalitates inter reges temporales et eternum, inter largitorem illorum et istius, inter divicias illorum et istius, et inter potestates et divicias et delicias regum et familias. Et profecto radix valida et fundamentum firmissimum ad stabiliendum immortalitatem et perhennitatem animarum humanarum. Tercia: quia cum reges et alii potentes quanto ditiores et potentiores sunt, tanto maiora suis fruitoribus tribuunt, necesse est ditissimum et potentissimum creatorem dare vite perhennitatem et felicitatem fruitoribus suis. Nam si daret solum temporalem, non esset vite felicitas sed liberetur ad tempus ~~tempus~~ tamen quia tanto dolore amitteretur quanto gaudio possideretur. Et ita tamen afferret miserie

quantum conferret felicitatis. Cum dolor omnis miseria sit, presertim quia felicitatis esset brevis vite temporalis amissio vel eius spectacio. Item si divina bonitas tamen auferret quantum conferret, perfide esset ac si nichil conferret et ei simul efficeret miseriam et felicitatem cum ea velocitate qua daretur et auferretur. Cum igitur non sit felicitas animarum humanarum in bonis non permanentibus ut corporalibus, necesse est quod ei bonitas providerit animabus felicitatem permanentem in qua sit eis quies et pax ab omni genere inquietudinis et molestiarum et per consequens a morte. Et ita erit anima immortalis. Item cum divina bonitas possit felicitatem istam dare absque omni difficultate et absque omni incommodo, necesse est ut prout illam decet suis fruitoribus illam petentibus largiatur. Quia hoc facit etiam homo bonus: non negaret amicis idoneis digne petentibus quod posset absque omni incommodo eis dare. Quanto fortius igitur creator largissimus et omnipotentissimus qui non poterit suis fruitoribus denegare. Presertim cum ad eius gloriam istud cedat et ipse inmet suggerat suis servitoribus ut hoc petant. Nisi non concederet quod ipse suggerit a se petere, petentes seduceret et eis illudere videretur. Item tamen in novo quam in veteri testamento creator fruitoribus suis ad remunerandum se obligat et debitorem se constituit promissionibus variis et innumeris absque

determinatione sed non communicat
in statu vite presentis nec etiam commu-
nicatur in alia vita post istam pro-
cedit animabus humanis alia vita post
istam quia non moritur anima cum cor-
pore sed econtrario dicunt. Item
non est possibile aliquid destrui nisi
divisione forme a materia aut
divisione partium integralium aut
destructione differentie aut substantialis
aut subtractione cause efficientis sed
destrui dicitur subtractione solis
a corporibus subtractione anime. Sed
aut in anima humana contingit
impossibile est et ideo est impossibile eam
destrui per mortem. Et ita patet quod
anima humana est immortalis

Que inconveniencia incurrunt qui
negant inmortalitatem anime

Qui negat immortalitatem animarum
per quod negat futuram gloriam
et glorificationem earum non minus detra-
hit creatori quam si negarent
gloriam angelorum cum anime glorifi-
cande equales glorie sint fu-
ture cum angelis. Ignorantia vero
et incredulitas de immortalitate
animarum radix est totius inordi-
nationis et impietatis vite huma-
ne per quam creator offenditur
et blasphematur et funditus re-
ligio tollitur et omnis hones-
tas et virtus et virtus evacu-
atur et future glorie felicitas
amittitur. Et non quod negare
vitam aliam post istam eo immortale
est magis detrahere glorie creato-
ris quam negare de omnibus
animabus malorum impietas eo. Quia
una anima sancta melior est et maior
omnibus operibus creatoris quam omnes
anime impiorum. Quia gratia creatoris
qua gratiam sibi facit animam
humanam maius bonum est et
magnificentius creatoris donum
quam non anime humane. Quanto

aut magnificentius bonum est
quam cetera omnia sive dona creato-
ris tanto magis detrahit
glorie ipsius qui aliud negat.
Sicut si quis diceret deum
non creasse mundum istum vel non
dedisse ei esse plus detra-
heret largitati et magnificencie
dei quam ille qui diceret deum
non creasse solem vel lunam
equaliter vel tanto magis de-
trahit glorie creatoris quanto
magis est quod dedisse negatur.
Item per testes et testimonia potest
immortalitas stabiliri sed patet
in historiis gentilium iudeorum
et paganorum ubi patet quod anime re-
stitute fuerunt corporibus suis
que non vixissent post mortem
corporum non diceretur anime re-
stitute. Ipse et dicte sentencie
bene et fatebantur se rediisse
ad corpora. Et recordabantur
eorum que ante mortem corporum
suorum gesserant in illis
ut de lazaro et multis aliis
et de capite mortuo duo
istud ipso. Et non quod sed creditur
testimoniis illorum qui referunt
ea que viderunt in longinquis
regionibus sit et rei insolitas
hominibus credendum est de
hiis que in alto seculo se
vidisse testantur et precipue
de sanctis cum ipso possint se
esse et se vivere ostendere. Item
contra errorem istum clamant
omnes historiarum et verorum anti-
quarum fides atque credulitas
Qui vero non est credendum hominibus
qui res fidei scripserunt et
certissime cognoscunt ut esset credendum
aliis qui non cognoscunt. Item
in libris historiarum leguntur
miracula de alta vita et
seculo altero de suppliciis

dampnatorum purgatorum et
liberatorum animarum. De gaudiis
et gloria animarum sanctarum ad angelorum
consortium assumptarum. quibus tanto
certius est credendum quanto a vite
huius tenebris ad lucem eterne
claritatis sunt assumpte. ut patet
in agno mictui. quod de visu
et sua continue attestatur. Ite-
rum per testimonia animarum ipsarum
animarum quibus datum est sentire
vitam suam post mortem corporis
suorum. et interius sensu non vi-
su vel auditu vel alio cor-
porale sed sensu interiore spirituale
quia anime sentiunt se esse se vivere
se gaudere se cruciari. sentiunt
etiam anime eternaliter post mortem
semetipsas sed idem deum est
Secundo id patet adduci testes
omni acceptione maiores tam
vite sanctitate quam verorum ipsarum
continue. Sunt autem sancti quos
irradiat splendor propheticus
quos excessus mentis qui
dicitur extasis elevat. quos ad
se elevat potentia verorum sub-
limium occultatorum preludium
quibus quibus dicitur esse in ipsis Splen-
c. dor propheticus dicitur visio longe
sublimior atque nobilior
cognitoribus atque sensibus phisicis
et est divine irradiationis lumine
d. sive illuminatio Revelatio tamquam
absconditorum detectio que hinc
intus a sensibus cognosci non potest
vel et revelatio dicitur tamquam
velatorum detectio sive revelatio
e. Visio autem per anthonomasiam sine
prelleq videndi dicitur prophetia
qui nunc propheta dicitur antiquitus
videns dicebatur. quia quantum ad
res propheticales de solo splen-
dore prophetico videbatur soli
prophete videntes erant. Sicud

et hominibus experientia visus de
rebus que solis illis visibiles
sunt credendum est sic solis prophe-
tis de rebus propheticabilibus
quod illis soli evidenter vide-
tes sunt in rebus huiusmodi
f. certi autem homines certi Res
propheticales sunt vita alia et
seculum alterius seculi quod in-
finitum quod est infinitum. vere
huius seculorum et vite. Item
eventus rerum futurarum que ad
gubernationem hominum pertinet. Prophe-
tarum visio prophetico illustrati
prebent ducatum ceteris hominibus
tamquam cecis in via morum. Per
quod vere absque offendiculo am-
bulaverunt et qui diu in ducatu
huiusmodi persistiterunt. precedentes
vero a ducatu huiusmodi prophetis tene-
bris se committentes in offe-
diculo inciderunt et in errorum
devia erraverunt. Prima in
prophete ~~testamenti~~ testificati sunt
de vita animarum post mortem
corporum et de futuro iudicio bli
indubitate tantorum testium
g. assertionibus est credendum. Extasis
est excessus mentis supra se in
altitudinem ut supra se et sua et aliorum
sub se ~~videat~~ videat. Iuxta
id ego dixi in excessu men-
tis meo proiectus sum a facie
oculorum tuorum. Excessus
mentis hic dicitur quod mensura
humane possibilitatis. Iuxta id 2a
Cor. 7. Sive mente exce-
dimus deo sive sobrii sumus
nobis. ac si diceret si limi-
tes aut mensuram humane
possibilitatis vel videndo vel lo-
quendo excedimus deo hoc
facimus. Si vero sobrii sumus
id est sinistram mentem atque sensus
ad mensuram humane possibilitatis

atque capaciter instruimur hec
facimus nobis condescendentes pu-
eritati capacitatis nostre sed nutri-
ces balbuciunt parvulis quos
nutriunt quia non capiunt sermones
perfectos Conceptus est illuminatio et
directio mentis nobilissima
per quam res notabiles atque sub-
limes rapiunt res humanas
a se ipsis et ab aliis tota carnis
pellicitudine ipse transeuntes ita
ut illa hora animas humanas to-
taliter occupet et ipse suspe-
sas detineat Et sed adamas
rapit et attrahit ad se ferrum
sic res nobiles et sublimes
nam quod amore ipse rapitur
animas humanas cum eis appre-
hendit et appingunt ita ut eis
pene inseparabiliter adhereant.
Sic amor creatoris totaliter
in se rapit et omnino ad se tra-
hit animam humanam si deo conpis-
cit in corpore possit divinam sua-
vitate et pulchritudinem intueri Secundum
quod anime non sunt alligate
corporibus et morte ipsorum mors
sequatur illarum. vel corruptio le-
sione quantum ad esse. cum vita
illarum melior est quoniam elon-
gatione sive separatione a corporibus
et melius vivat in statu rap-
tus et detinens sit eis quantum
ad vivendi modum cum ab eiusdem
statu nunc fuerit ad corpora
Et non solum sed per motum locale
mens humana nititur a raptu
eiusdem ad sensus corporis et ad vi-
denda sensibilia et hec subito. sic
ab eiusdem statu per subitum raptum
ascendit ad videnda ea que sibi
per raptum eiusdem revelantur. Esse
in spiritu quantum ad infusionem sple-
doris sive revelacionis unum est
cum raptu et esse in spiritu idem est

quod esse in luce seu lume spirituali
et tamen in quo dicit esse
non in carne per modum communem
esse in nocte spirituali in quo
non sinimur aperiri et videri
occulta humanitatis Irradia-
tiones autem iste sunt 2^m supla-
citum creatoris in qua animas
voluit et quantum et quales et quam
voluit per predictas irradiationes
cognoscitur immortalitas animarum huma-
narum quia per has senciunt anime
aliud statum et alia conditionem
aliam quam vitam eis esse quam in
corporibus habeant et si pergusta-
cione permodica innotescit
illis vite perfecte felicitatis sed
et degustatione parva vel odore
precium totius cibi vel speciei
aromatice saporositas et
suavitas innotescet Iuxta
id quod dicitur gustate et videte quam suavis est
dominus Item si anime humane mo-
reuntur et corpora morte illarum
moreuntur et corpora sed vivunt
vita earum. quemadmodum sed lux
solis contingeret. necesse esset
obtenebrari quidquid illa que sola
luce illius lucet seu illuminantur
sed corpora humana non sunt tales
mortis nisi illas que medici
sunt note. mors autem animarum
non est nota medicis Unde
patet quod mors animarum non est
causa mortis corporum humanorum
Essent autem causa eius si anime huma-
ne moreuntur. quare certum est
quod anime humane non moriuntur
De hac materia quere iusta ibi vi-
ditur similis 2^m opa sua.

Ubi hic de predictis erroribus et
quibus auctoribus destruuntur

De predictis erroribus habetur
24 q. 3. Quidam autem
heretici contra illos qui ne-
gant immortalitatem passione

resurrectionem ascensionem quoque breviter
astruit et replicat apostolus ad Ro.
8 Christus Ihesus qui mortuus est immo
qui mortuus est ecce passio. quin
et resurrexit ecce resurrectio. qui est
ad dexteram dei ecce ascensio. Ad Phi.
2o Hoc sentite in vobis etc. Et
1 Cor. 15 tradidi vobis in
primis quod accepi quoniam Ihesus
Christus mortuus est pro peccatis nos-
tris secundum scripturas et quia sepul-
tus est et quia resurrexit 3a
die. Ps. 23 Quis ascendet. Et
de quo dicitur 2 divina in summo pot-
tam in similibus quam in singulis
creaturis. Hec plenius comprobatur
Ecce in ps. Inclinavit celos
scilicet in incarnatione et descendit
in passione morte sepultura
et inferno et caligo sub pedi-
bus eius in resurrectione. Et ascendit super
cherubim in ascensione. Ad
idem Ezec. quinto Ego castra
nostre mortalitatis vada nostre
ad passionem talla nostre perditionem
quam quibus adiralo per des-
census in infernum cadens
nostre per resurrectionem et ascensionem virtutem
C. nostre ad diem iudicii. Et non
quasi illi qui contradicunt incarnationi
passioni et resurrectioni filii dei et
descensui ad inferos ut animas
inde liberaret quod dei bonitatem
blasphemant. Quando de fonte
largitatis divine tam donum
negant procedere potuisse. De
fonte tunc tanta elemosina.
De fonte abissalis bonitatis
tanta unda effluere. De im-
mensa fornace et camino
caritatis divine tanta flamma
D. emicare. Est enim incarnatio
et passio Christi filii dei sicut
flamma de camino et forna-
ce divine dilectionis emicans

et velut elemosina de necessitate
nunc dei misericordie quam gratis
erogata. Et velud donum de
divitiis divine largitatis pau-
pertati humane donatum et velud
unda de fonte divine bonitatis
super sitim generis humani ema-
nans. Non adiunt ceci et
miseri et omnibus fontibus in pro-
E. modo sue copiositatis emanat
et omnibus largitas in suo modo
sue possibilitatis atque divitias
dignis et indigentibus elar-
gitur. Et omnibus nunc in suo pos-
sibilitate facultatum in pauperes
et miseros se profundit. Et omnis
ignis luminositatem suam et fla-
mmas in receptabilia pro modo sue
virtutis diffundit. Et quantum
ubique potest illud efficere quod
magis nunc in suo modo sue
virtutis operatur. Et larga est virtu-
tibus et operationibus in omne recepti-
bile ipsius secundum quod potest. Quanto
quod permittitur. Sicut patet in sole qui
totum luminositatis suo atque ca-
lore quantum potest largitate
circumquaque diffundit. Ad hec
igitur dementia deveniunt ut in
fonte largitatis negant esse lar-
gitatem et ponunt avariciam
et in fonte fecunditatis ponunt
sterilitatem. Hos igitur mendaces
facit universitas creaturarum
largitate quia largitas cre-
aturarum non est nisi indicium
et testimonium largitatis ipsius
fontis de quo omnes creature
fluunt et quasi large fluunt et quasi lar-
giuntur. Quia igitur magnitudo doni
honor est dantis. Et magnitudo
flamme honor est camini vel
fornacis et magnitudo unde
F. honor est fontis. qui hoc
negat de deo quod eius boni-
tatem blasphemant. Infinita

cuius incarnatus filii dei domum e
diuine largitatis quo maius in
thezauris dei inveniri non
potuit. & elemosina qua nusquam
vic quibus humani sanande effi-
cacior erogari non potuit. &
flamma diuine caritatis caritatis
qua calefaciendo & viuifica-
ndo genus humanum de carne ca-
ninino diuine dilectionis ardencior
emicare non potuit. & inun-
dacio qua de fonte aquarum vi-
uencium lauando genus humanum
& extinguendis cunctis incendiis
efficacior emanare non potuit.
de fonte vite bonorum

Quare descendit in infernum
anima deificata

Descendit in anima. Damas-
cenus. descendit in infernum
anima deificata ut quadmodum
hiis qui in terra ortus est sol
iusticie. ita & hiis qui sub
terra & in tenebris & umbra
mortis sedent super lucerat
lumen. Et sicut hiis qui in terra
ewangelizauit pacem captiuis
remissionem cecis visum
& hiis qui crediderunt factus est
causa salutis eterne. hiis autem qui
non crediderunt redarguo
incredulitatis. Ita & hiis qui
in inferno ut omne genu flec-
tatur celestium terrestrium & infe-
rnorum philippensium 2º ut iam suos ab-
solueret compeditos. zach. 9.
Emisisti vinctos de lacu
in quo non est aqua. Augustinus in
libro 12. super genesim. Cristi quidem
animam venisse usque ad illa lo-
ca in quibus peccatores cruciabantur
ut solueret a tormentis quos
esse soluendos videbat non in-
iuste creditur. Et descendit
in anima contra saduceos et
alios qui dicunt animas non

esse. Contra quos ma. 1. anima plus
est quam esca. Et math. 10. no-
lite timere eos qui occidunt
corpus animam autem occidere non
possunt. Et math. 11. invenietis
requiem animabus vestris. Et math.
16. 22. & 26. Ioh. 10. potestatem
habeo ponendi animam meam. Et
Iacobi 5. Qui autem fecerit
conuerti peccatorem ab errore vie
sue saluabit animam suam a
morte. Et apocalipsis 6. vidi
subtus altare animas interfecto-
rum propter verbum dei. Error iste odi-
bilis est deo & hominibus. deo quia
imaginem suam & similitudinem auffert
& plurimum dehonestat cum
ponit deorum in homine per animam.
Et est odibilis homini cum dicat
eum habere demonium in quo per
inhonoratum se dicit. Ioh. 8.
De anima deus est super in corpora
rurali Contra illos qui negant
carnis resurrectionem

Et resurrexit in carne
hoc est Cristus resurrexit in
carne. Math. vltimo. Marci 8
& 16. Luce 24. Ioh. 20 et
21. Ro. 6. & 7. prima Corinth.
15. philippensium primo. Colocenses primo. 2
& 13. Apocalipsis primo et 7. et
prima Petri primo. Item contra
apostata omnia si dicere tria
deo cattalos suos mortuos
auxilio suo viuificat. quid
mirum si deus per suum filium
die tercia a mortuis resusci-
tauit. Nec stupendum si dei filius
ad vitam redisset si helias
3. Reg. 17. & helizeus ad
vitam redyt cum multi ante
eius vi. 3. & Reg. 4º fa-
cile defunctos suscitauerunt
facilius deus per filium potuit
suscitare & ipse qui plures
mortuos ante passionem

suscitavit facile a mortuis re-
surrexit et a morte nullatenus
teneri potuit. Ad cuius conspectum
mors ipsa fugit et ad cuius vo-
cem plures surrexerunt mortui
quod est contra illos qui non credunt
resurrectionem carnis sed de hoc dicetur
infra ibi qui omnes cum suis corporibus
C Et resurrexit in carne atque
probavit se ipsum vivum in multis ar-
gumentis Act. primo. Argumenta
vero sunt frequencia apparicionum
de quibus iam dictum est supra. Item
testimonium angelorum. primo quando
angelus revolvit lapidem et dixit
mulieribus surrexit non est hic
Mt. et Mr. ult. Secundo quando mulieres
viderunt duos angelos qui
dixerunt non est hic surrexit
Luc. ult. Tercio in ascensione
quando angeli dixerunt hic Jhesus qui
assumptus est a vobis in celum Act.
primo. Item conspectio vulnerum
de quibus Joh. 20. Et esus
ciborum Joh. ult. Et comparacio
scripturarum Luce ult. Item
operacio miraculorum. primo quia eo
resurgente multa corpora sanctorum
surrexerunt Mt. 26. 2° quia
terre motus factus est magnus
Mt. 28. sed et in morte terra
tribulata fuit mota Mt. 21.
3° quia clauso hostio intravit
ad discipulos Joh. 20. sed clauso
virginis alvo venit in mundum
4° quia miraculose ceperunt pisces
Joh. 21. quia miraculose evanuit
ab oculis peregrinorum Luce 24. Quinto
quia invisibiliter ascendit in celum
sed visibiliter descendet in utero
virginis et invisibiliter est in die
iudicii descensurus. Quarto Christus
fecit miracula nascendo predican-
do moriendo resurgendo et as-
cendendo in celum sed et omnes
creature quia data fuit sibi

omnis potestas in celo et in terra
Mt. ultimo. et omnia quecumque voluit
fecit in celo et in terra in mari et
D in omnibus abyssis. Et resur-
rexit in carne. Dicendo quod fu-
erunt dies per quos in carne
resurrexit a mortuis usque
dum ascendit in celum. Ita quod
hore fuerunt quo mortuus
est in cruce usque dum resuscita-
tus de sepulcro. nam sexta feria
hora nona expiravit et dominica
prima hora resurrexit di-
es sabbati et due noctes unam
precedens et aliam subsequens fue-
runt. 36 hore et restabant [illegible]
de sexta feria et ita omnes sic
fuerunt. 40. De ascensione Christi

Ascendit quasi de mundo quasi
de campo triumphans post
triumphum crucis post
victoriam passionis victis hos-
E tibus. In celum ut in civitate
coronandus et sic per ascensionem
eius missi sumus in possessionem
celestis hereditatis. Dum natura
nostra id est corpus et anima Christi ibi
F ascendit et iam quasi arra et
securitate regni celi habemus
cum caput nostrum Christus in celum
intravit quia membra caput
sequuntur. aliter membra ca-
pite truncarentur vel caput
membris. Ideo dicitur est necessarium
et membra per sequelam [illegible] in-
trare per quam caput. Et ita
ascendit palmam victorie et
apprehendit fructum eius id est reco-
ciliacionem generis humani. Cap. 1.
Dicitur [illegible] virum corpus cum
suis membris reputat [illegible]
gloriam deo patri cum ascendit
in celum dicens hoc nunc os ex ossi-
bus meis et caro de carne
mea. et ostendens se cum car-
ne illa in via quesivisse [illegible]

erunt inquit duo in carne una
hoc autem inquit apostolus Ephes. 5°
magnum sacramentum est in christo
et ecclesia. Item sicud etiam sit spo-
sa christi satis est visibile quia ad spon-
thalamum admittatur. Item non est
tunc aliter sine veste sua
est etiam ad nupcias intrare
Item apud eum iudice filia me-
rita filium communicatorem me-
rentur. non dico equale quia non
equalia sunt iuncta capitis et
membrorum. Item ubi christus hospita-
tur diu ianua est aperta do-
nec intrant cives familia.
Michee 2° ascendit pandens
iter ante eos. Visibiliter ascendit
christus in altum ut in celum ut
provocaret et post se traheret de-
siderium nostrum quia sequi caput
et dum nunc ascendamus
cum ipso spiritualiter mente et in-
tellectu in presenti et corporaliter
in futuro. Sperandum quanta est
deus in homine ut homo exaltetur
in deo. Unde dicit Augustinus de con-
fessione descendit desiderium
desiderando ascendit amor. ascen-
dendo facit capere. hec est
enim vita nostra ut desiderando
capiamus. tunc autem nos capere
facit desiderium quum desider-
ria nostra ab amore seculi am-
putamus. Contra illos qui ex duabus
naturis unam in christo corruptam
dicunt. et

Probatur in vita contra
Theodosianos et Gayna-
nitas qui ex duabus naturis
unam in christo corruptam di-
cunt. Item in vita contra Euno-
mianos et Acephalitas
et contra Diascoros qui unam

tantum in christo naturam dicunt. Et de quibus
dictum est supra ibi unam in duabus
naturis. Item ascendit contra
eos qui sunt in vita contra Apollina-
tas et Paulianos et quosdam
alios qui christum deum esse negant
quia tunc non diceretur ascendisse
sed translatus fuisse sicut dicitur de
Enoch Genesi 5 et ut sublatus
sicut Helias 4 Regum 2°. Item
contra illos qui dixerunt christum
purum esse creaturam et apud
inferos permansisse. Item contra
Manicheos qui dicunt christum
non fuisse verum hominem sed fan-
tasticum. Contra quos Marci ultimo et
Dominus quidem Ihesus postquam locutus
est eis assumptus est in celum.
Item Luce ultimo factum est dum be-
diceret illis recessit ab eis et
ferebatur in celum. Item Ephes. 4°
qui descendit ipse est qui et ascen-
dit super omnia. Item Ro. 8. de
christo dicitur qui est ad dexteram dei.
Item Actuum 1 videntibus illis e-
levatus est. Item Actuum 1. celum
in sedes est terra autem scabel-
lum pedum meorum. De hac as-
censione admirate sunt celes-
tes virtutes Ysa. 63. Quis
est iste qui venit de Edom.
Ps. Tollite portas principes
vestras. Et occurrerunt christo regi
celo sed occurrit igitur spirituali
tunc laudibus post triumphum
Ps. ascendens christus in altum.
Item ascendit deus in iubilo. Item
exaltare super celos deus. Et quia
quo et ubi sit in celo Unde
Augustinus Enchiridion in 1 super-
natum est hoc querere non est
enim fragilitatis nostre celorum se-
creta discutere sed credere sub-
limia de divini corporis dig-
nitate. Item Ro. 8. dicitur de christo

B

primo

C

quod est ad dexteram dei. Item .i. actuum
primo et .ii. Ecce video celos aper-
D tos et filium hominis stantem ad dex-
tris virtutis dei. Augustinus de con-
fessione (?) omnia in fine. Sed cum autem
dicitur sedere ad dexteram dei patris, non
localem compositionem intelligamus, ut
deum patrem arbitremur dextro
aut sinistro latere habere aut se-
dere quasi flexis poplitibus, ne in
illud sacrilegium incidamus de
quo apostolus ad Ro. primo arguit
eos qui commutaverunt gloriam
dei in similitudinem corruptibilis
hominis. Sed per dexteram patris intel-
ligimus gloriam et honorem deita-
tis in qua dei filius ante se-
cula deus et patri coequalis in no-
vissimis incarnatus sedet in summa
bonitate (?) corporaliter cum glorificata
eius carne et adoratur ab omni
E creatura. Damascenus: Caro non, licet sit in-
adorabilis creatura, unita tamen deo
verbo per ipsum et in ipso adoratur, sicut
rex nudus adoratur et indutus
et purpura post coronatus et per-
sistit (?), sic sancta regalis indumentum
honoratur et glorificatur, et si quis
eam profanaverit morte condem-
natur. Item sicut lignum purum
est tangibile, sed igni coniunctum
et carbo factum non per se sed per
ignem fit intangibile, ita caro
Christi ipsius natura non est adorabilis
sed incarnata dei verbo adorat-
ur non per se sed per unitum ei dei
verbum. Sedere etiam non membrorum
positionem signat sed iudiciariam
potestatem qua reddet (?) singulis secundum
F opera sua, ut dicetur infra. Ter-
tio nota quod licet maiestas dei
nusquam desit, tamen descendere dicitur
et ascendere Christus. Nam sicut
ille qui descendit incedit
a summo in deorsum, sic cum
deus factus est homo semetipsum exi-
nanivit et a sublimi divinitatis
apparuit in infimo humanitatis.
Philippenses 2. Sicut si rex contexe-
ret minorum (?) suo ancilla sua
diceretur multum descendisse seu se
humiliasse.

Quare tamen differtur resurrectio mortuorum

Venturus in fine seculi
corporaliter in ea forma
in qua ascendit. Actuum primo: Sic
G veniet quemadmodum vidistis eum
euntem in celum. Et sic magna
fiducia erit videntibus quod frater
eorum iudicabit. Iohannes quinto:
Pater non iudicat quemquam, sed
omne iudicium dedit filio. Sed
H in fine seculi. Seculum quandoque dicitur
status mutabilitatis et instabi-
litatis in quibus sumus. Quandoque
ponitur pro duratione, sicut in secula secu-
lorum sive eternitas. [...]
aut seculum dicitur spacium quod est
inter duas magnas mutationes
vel regnorum vel sectarum vel
legum innovationes [...]
sine periculo fiat. Quando
sunt magne, sicut fuit in dilu-
vio Noe, vel in fame vel peste
vel tempestatibus aut terre mo-
tibus, sicut magne destruc-
tiones hominum vel aliud, mun-
dus seu finis seculorum. Et in-
terpretatur seculum a sequendo, quod
est succedendo per fluxum
continue successionis, vel a se-
cando vel a sectando per sec-
tiones continuas quibus secatur
ab eo [...] continua. Secundo
dividuntur secula per spacia
centum annorum, quod est spacium vi-
te hominis, nisi aut corruptio
complexionis aut alia incommodi-
tas abreviat. Quandoque exten-
ditur in plures quam in centum

B

annos et sepe contrahit in paucio-
res. Alii dividunt per spacia
mille annorum ubi illi dividunt
totum tempus durationis mundi infe-
rioris in septem chiliadas hoc
est millenarios secundum quasdam mag-
nas mutaciones que facte sunt vel fu-
ture sunt. Alii per spacia sexcentorum
annorum secundum magnas muta-
tiones regnorum vel legum vel sec-
tarum secundum quod in historiis et cro-
nicis invenitur secundum quas mutationes
secula seculorum intelligunt.
Unum autem seculum est eternitas que
non recipit divisionem in se nec
augmentacionem alterius. Et ideo hic dicitur
pro seculo quod non est in ea seculum
et seculum. Quod autem dicitur Exodi
15 dominus regnabit in eternum
et ultra et psalmo dominus regnabit in
eternum et in seculum seculi et
Danielis 12 fulgebunt iusti in perpe-
tuas eternitates huiusmodi locu-
tiones dicuntur per figuram que dicitur yper-
bole grece que tempus locutionis
dicitur expressius sicut dicitur cuius cacumen
usque ad celos innate deutero-
nomio 2o et nono et per huiusmodi locutiones
designatur insuccitas creatoris
et quod eternum poni per perpetuo
et sempiternum per tempore multo dura-
turo. Item in fine seculi contra
illos qui temporali remuneracioni
tantum intendunt nichil post finem
expectantes contra quos Ysaie
34 leticia sempiterna super ca-
put eorum et 64 oculus non
vidit. Item contra illos qui dicunt hiis
qui baptizantur statim recipiunt
remuneracionem contra quos Sopho-
nie 3o expecta me dicit
dominus in die resurrectionis mee in
futuro. Quare tamen differatur
resurrectio mortuorum

Ventus in fine seculi. Si
queratur quare differatur
resurrectio mortuorum
tempore illorum qui purgatorie
alterius vite non indigent et quare
sed totum genus humanum par-
ticulariter moritur et particulariter non
resuscitatur et quare ulterius iterum
diu expectatur. Respondeo
quia decens est ut sponsa tota
simul reformetur decoretur et
ornetur glorificetur et recipiat
pulcritudinem que congruat glorie
tanti sponsi et ut simul
tota introducatur in talamum
eius et in solium glorie sue
quod si introduceretur successive
per partes. Sicut et pe-
regrini socii se invicem expectant
cum volunt simul ingredi civi-
tatem. Ita per dilectorum unionem
que erit inter electos tot erunt
uniuscuiusque gaudia quot erunt
simul iuncti in gloria. Et ideo
multo se expectabant pro eo quod
maior est pulcritudo
in toto universo tota simul constituto
quam in partibus in particulari te-
mpore consistentibus. Et ideo congrua-
da est universis partibus suis
iusticia dei forinseca contri-
bucionibus retribucionibus et ultionibus
in uno iudicio faciendis ut
tanto magnificencius splendeat
ad gloriam creatoris in tota-
litate pulcritudinis sue quanto
maior est universitas omnium
retribucionum et ultionum quam
erit particularis. Sicut
magnates ad magnam curiam
multos congregant remunerandos
pro serviciis et pro malefi-
ciis puniendos ut congre-
gatis pluribus laudibus splendeat

c

maior fulgor. Ibi gra[tia] utrumque
electi doleant de dilatione glorificationis
Unde in li[bro] de scribus gra[tia] q[uia]
tum est eis vera voluntas que in
nullo discordat a rectitudine
voluntatis ipsius creatoris. Et hec
est pro potissima gloria ipsorum. Li-
cet enim desiderent dampnatam glo[riam]
non tamen desiderant eam habe-
re nisi cum beneplacitum fuit creatoris

Contra illos qui imitantur heretica qui dicunt quod
usque ad diem iudicii nullus vadit
ad paradisum nec descendit in infernum

2 qle xviii

Tenemus in fine secuti Con-
stitutionis (?) et aliis scripturis no-
vi et veteris testamenti dicunt
heretici quod usque ad diem iudicii
nullus vadit in paradisum nec
descendit in infernum. Fulgor
errore sunt armeni theodo-
nite et iacobite et alie naciones
transmarine. Ad quod inducunt
id Ysa. 3o. Dominus ad iudicium ve-
niet cum senioribus populi sui. Et
danielis 11o. Veniet tempus quod
non fuit ex quo gentes esse
ceperunt usque ad tempus id et in
illo tempore salvabitur populus tuus.
Et Iohelis 3o. In diebus illis
cum convertero captivitatem iuda
et israel congregabo omnes gentes
et eos in valle iosaphat et
disceptabo cum eis. Et infra
Consurgant omnes quia ibi sede-
bo ut iudicem omnes. Et Mt. 3o
Congregabit triticum suum in hor-
reum paleas et zizania combu-
ret igni inextinguibili. Ergo ut
dicunt heretici nec triticum id est boni
nec palea id est mali adhuc sunt
in horreo paradisi nec palee in
igne inferni. Et Mt. 13. Mit-
tet angelos suos et colliget
de regno eius omnia scandala
et eos qui faciunt iniquitatem
in caminum ignis. Ergo ut dicunt

dum
non sunt missi. Ergo nondum puniuntur.
Item Mt. 20. Cum sero factum esset
dixit dominus vinee procuratori
suo voca operarios et redde illis
mercedem suam. Per sero autem intelligitur finis
mundi. Ergo ut dicunt tantum in fine
mundi reddetur merces. Ergo non
ante. Et quoniam nec in illis pe-
na. Item Iudit. 3o. Veniet
dominus facere iudicium contra omnes
Ex quibus omnibus concludunt
heretici quod usque ad diem iudicii
nec boni nec mali remune-
rabuntur. Sed videndum quod duplex est
iudicium unde quoddam in novissimo
die fiendum est de toto homine
id est tam de anima quam de corpore. Aliud
de homine interiori tantum id est de ani-
ma. De iudicio ultimo predicte in-
telligunt auctoritates. Nec negatur
quin anime habeant modo suam re-
munerationem de qua apocalypsis 6
Et de hoc infra plenius ibi et
isti cum christo. Contra illos qui
dicunt universale iudicium esse factum

Tenemus iudicaturus et re-
dditurus est contra illos qui
dicunt factum esse ultimum iudicium
vel unde sicut Apocalypsis 2o. Ubi dicitur quod red-
det unicuique secundum opera sua. Et
2 thimothei 4o. Potens est de-
positum meum servare in illum diem.
Et Mt. 16. in fine. Sunt
quidam de hic stantibus qui non
gustabunt mortem donec vi-
deant filium hominis venientem
in regno suo. Et 1 thimothei 4
et in novissimis temporibus discedent
quidam a fide attendentes spiri-
tibus et doctrinis demoniorum. Et
Mt. 24 et 24. In quibus omnibus
notandum quod verba futuri temporis ponuntur
quod veniunt quod unde iudicium
sit futurum. Item illud notandum quod
hereticus vel heretici non habent

auctoritate ad probandum quod vltimum iudicium
sit preteritum vel futurum. Ideo autem
dominus iudicium suum in fine distu-
lit ut eius ministri nos primo
iudicent ad correctionem ne et ipse
postmodum nos iudicet ad dampna-
tionem. prima Cor. xi. Si queratur
quando illud iudicium fiet respondetur
dominus actuum primo non est vestrum
nosse tempora vel momenta que pater
posuit in potestate sua. Et Matthei
24 et Marci 13. De illo autem die
nemo scit. Si queratur ubi fiet
illud iudicium videtur quod in valle
iosaphat Ioelis 3°. in spacio
super aeris iuxta montem oliueti
a quo ascendit iuxta illud actuum
primo hic veniet quemadmodum
Iosaphat interpretatur iudicium
domini et ideo in valle iosaphat
id est iudicio domini congregabuntur omnes
impii. iusti autem non descendent
in vallem iudicii id est dampnationis
sed elevabuntur in nubibus obuiam
christo in aera. 1 Thess. 4°. Secundum
venturus in fine seculi iudica-
turus viuos et mortuos. 2 Thim.
2. de quo symbolum et omnia. Et est
contra hereticos qui non credunt
iudicium venturum vel futurum. Contra
quos Matthei 26. amodo videbi-
tis filium hominis stantem a dextris
virtutis dei et venientem in nubi-
bus celi. Ro. 14. omnes stabimus
ante tribunal christi. Et 2 Cor.
5. omnes nos manifestari oportet
ante tribunal christi ut recipiat vnus-
quisque propria prout gessit siue bonum
siue malum. Ps. tu reddes vni-
cuique iuxta opera sua. Et Ro.
2°. secundum duritiam tuam et impe-
nitens cor tuum thezaurizas
tibi iram in die iudicii et re-
uelationis iusti iudicii dei

Quare attribuitur iudicium filio

Iudicaturus filio attribuitur
iudicium quia in humana
natura iudicabit non solum
auctoritate sed et sui priuilegio de
quibus venite benedicti Matthei 25.
Dignum non est ut in fine se-
culi iudicet homines qui pro li-
berando homine in hoc seculo vo-
luit iudicari. Matthei 26. Marci
14. Luce 23. Joh. 19. Ideo pater
non iudicat quemquam sed omne
iudicium dedit filio Joh. 5°.
Si opponatur quod dicit filius Joh.
8. ego non iudico quemquam
respondetur solus quia tota trinitas
iudicat auctoritate sed solus filius
sine priuilegio in forma
humana iudicabit homines a quibus
iniuste sustinuit iudicari. Prima
ratio ut videat in quem
pupugerunt Zacharie 12. et
timeat Apocalipsis 1. Impii non
videbunt diuinitatis gloriam ne
gaudeant quia diuinitatis gloria
sine gaudio videri non potest.
Isaie 26. tollatur impius ne
videat gloriam dei. Sed beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt
Matthei 5°. Illud autem nondum
quod mali videbunt aspectum
tremendi iudicis quod eis erit
magis pro pena quia tam tanto
tremore contremiscent tanta
erubescentia confundentur ut requiret
tur magnificentia scelerum et fe-
ditatis vitiorum et maiestas ter-
ribilis iudicis vel iudicantis. Et
hoc est quod requirit id est iudicium
sed ut iudex vel sua virtute
se malis et dampnatis exhibe-
at visibilem et audibilem velud
hic operis in visu et auditu

corpus non ipsum esse et videre valeat
et audire. Credendum est enim
f. reprobos quod ante retribucionem communis
iudicii iniusti quosdam iustorum in
requie conspiciunt ut eos viden-
tes in gaudio non solum de suo
supplicio sed eciam de istorum bono
crucientur. Iusti vero semper intuentur
malos ut hinc eorum gaudium
crescat quia malum conspiciunt quod
misericorditer evaserunt. Et ergo
peccatores in supplicio amplius pu-
niuntur et eorum videt gloriam quos
contempserunt. Et iusti in pena illorum
torquentur quos utiliter adve-
runt et hoc solum patet de divite et
g. lazaro Luce 16. Et iudicaturus
quando ad iudicium veniat precipue
patet Matthei 24. Sicut fulgur exit
ab oriente et apparet usque in occi-
dente ita erit adventus filii
hominis sed subitus atque fulgidus. Et
fulgur cum emicuerit non est
inquirendum si sit facta corus-
catio. Ita cum iudicaturus precipue
effulserit non erit inquirendum an
venit christus. Et Matthei 24. Cum ve-
nerit filius hominis in forma humana
glorificata tunc apparebit signum
filii hominis Matthei 24. Et angeli
deferent ante illud signum crucis.
Sicut enim in ingressu dicte regie civi-
tate precipue ante eum preferunt
signa regalia et annunciant regis
adventum. Ita adveniente ad
iudicium domino ihesu christo precedent
exercitus angelorum cum signo
triumphali sancte crucis adventum
regis celestis omnibus nuncian-
do. Et ps. Ignis in conspectu eius
exardescet. Et ignis ante ipsum
precedet. Job 26. Columpne celi
pavent ad eius adventum. Et
Zach. 12. Et tunc erit planctus iste
in medio mundi tunc.

Et videbunt. Hiis plagatus sum
in domo eorum qui diligebant me.
h. Et veniente ad iudicium domino
sol et luna dicuntur obscurari non
sui luminis privatione sed preveniente
maioris luminis claritate. Tanta
enim erit eminencia splendoris
in christo ut et clarissima luminaria
celi pre fulgore divini luminis ab-
scondantur. Virtutes quoque celorum
id est angeli movebuntur non motu
dampnacionis ut aqua per fluctus
pavoris sed quadam admiracione
qua viderunt. Sicut presente principe
iudicante non solum rei sed et of-
ficiarii qui nichil commiserunt sunt in
timore ac timore concutiuntur
pre iudicii et iudicantis reve-
i. rencia ita quod in hoc iudicio iudi-
cabit tota trinitas auctoritate sed
solus filius manifestacione Matthei 24.
Sed vero qui propter christum reliquerunt
omnia assidebunt Matthei 19. Sede-
bitis et vos super duodecim se-
des. Et omnes iusti apparebunt
quia fulgebunt iusti et iusti
iudicabunt naciones Sap. 3. Ma-
li et iudicabunt alios comparacione
Matthei 12. Viri ninivite et regina
austri. Qualiter intelligitur
iudicare vivos et mortuos

Vivos et mortuos [illegible]
videre Matthei 22. Non est
k. deus mortuorum sed vivorum. Un-
de quod ihesus disputabat contra
saduceos qui negabant resurrexionem
Act. 22. Tunc quos
inducit Exodi 3. Ego sum
deus abraham deus ysaac et
deus iacob et addit non est deus
mortuorum sed viventium quasi dicat
non est deus eorum qui non sunt sed
eorum qui sunt. Ergo si tunc sit deus
abraham ysaac et iacob illi
erant sed non secundum corpus sed
secundum spiritum. Vel oppone vivos

.i. qui supervivent vivi in die iudicii
et mortuos .i. qui tunc erunt mortui
vel vivos spirituali vita .i. salvan-
dos et mortuos spirituali morte
.i. dampnandos Apoc. 8. Corpus mor-
tuum est propter peccatum. Item Ephes. 2o
et vos cum essetis mortui delic-
tis et peccatis vestris. Mors est pri-
vatio vite non habens in se non
essentiam sed tenebre absentia
lucis. Item mors corporis utilis
est quia separat hominem a divitiis
et deliciis corporalibus et honoribus
et potentiis et vanis laudibus
quibus anima humana obtenebratur
inebriabatur et detinebatur atque
ipsi creatori odibilis efficitur.
Mors vero timore sui excludit
mediante amore hominis quasi
virus pestiferum mortiferum et
medicinam extinguit in ipsis

Contra illos qui non credunt resurrectionem

Et redditur singulis in
opera sua. Contra illos qui non
credunt resurrectionem et contra illos qui dicunt
animam cum corpore mori. Adducunt in-
ducunt ad Thimo. 6. deus solus habet
immortalitatem ex quo infertur
ergo anima non est immortalis. Respondetur
quod immortalitas dicitur ideo immutabi-
litas qua non habet creatura propter
quod sit ex nihilo facta et possit per
accidens immutari. Anima vero habet
immortalitatem ut nota per naturam
finis temporalis. Item videtur hominis er-
roneis quia sicut spiritus irrationalis
forma est et perfectio in corpore bru-
ti sic spiritus rationalis forma est
et perfectio in corpore humano. et ideo
videtur quod sicut spiritus irrationalis perit
in brutis cum corpore sic et spiritus
rationalis in homine. Respondetur quod spiritus
rationalis in homine non dependet a cor-
pore sed spiritus irrationalis in brutis.
Item errorem suum probat unitur

animabus salvorum Eccles. 3. Idem
atque unus est interitus hominis et
iumentorum et equa conditio utri-
usque sicut moritur homo sic illa mo-
riuntur. Dicitur quod superius dicta sunt ut
quod homo iumentis amplius cunc-
ta subiacent vanitati et omnia
pergunt ad unum locum. de terra
facta sunt et in terram pariter revertuntur.
Respondetur Gregorius in dialogo 4o
dicens quod liber Ecclesiastes concionator
dicitur quia sensum in eo quasi tumul-
tuantis turbe suscipit ut ea
que per inquisitionem dicit que
fortasse per temptationem imperita
mens sentiat. Nam quot sententias
quasi perquirendo movet quasi
tot in se personas suscipit
et ideo ut concionator quasi temp-
tatorem mentis humane dicat
unus est interitus hominis et iumentorum
Eccles. 6. et 9. Respondet dissimi-
litudinibus posterius profert quid
habet sapiens plus iumento et
homine stulto nisi ut pergat illuc
ubi est vita. quasi dicat quod hic vita
hominis non est quia est alibi tes-
tatur. Humanum errorem sibi conscripse-
runt qui ad unitatem suam vole-
bant vivere. quorum errorem de-
scribit liber Sapientie 2o. Item quod
anima humana non moriatur cum
corpore probatur per testimonia sa-
cre scripture. Math. 10. Nolite
timere eos qui occidunt corpus. Item
22. Ego sum deus Abraham. non
est deus mortuorum sed vivorum. ergo
illi vivebant sed non cum corpore
ergo cum anima. Item falsitas huius
erroris patet per experientiam quia
resurrexerunt post mortem. ut
Lazarus et illi de quibus Hebre. 2.
11. acceperunt mulieres de resurrectione
mortuos suos. Hoc et eadem
virtutes quas mortui operantur
vide Gregorius in 4o dialogorum

Pensa qualiter anime vivunt illuc
ubi vivunt quorum et mortua cor-
pora in tot miraculis. si igitur
vitam anime viventis et manentis
in corpore deprehendis ex motu
membrorum cur non perpendis vitam
anime post mortem vel per corpus
et ossa mortua in virtute mi-
raculorum. Item ordinem
que lex hominis inter creaturas est. n-
homo est creatura media inter iumenta
et angelos. quorum habet immortali-
tatem cum angelis mortalitatem
vero cum iumentis sicut dicit Gregorius in
4o dialogorum. Et non quod homo
est necesse rote manibus meis cum
manibus dissipatur. vel militem
occidi cum equus cui insedet
occiditur. vel artificem deficere
licet instrumenta quibus utitur de-
fecerit. Sic non est necesse quod anima
rationalis pereat licet corpus quod
est eius organum pereat. Et
nota rationes platonis de
B. immortalitate anime contra [illegible] in-
dico et [illegible]. Primo dei iustitia
qua posita necesse est futurum esse iu-
dicium. quia in hac vita nec boni
nec mali recipiunt quod merentur
quia et bonis sepe male est et ma-
lis bene. ubi est ergo divina iustitia
cum utrique quia nullus recipiat
in hac vita si non esset iudicium
post istam. Secundo dei potentia quia cre-
avit deus bubulcos et arato-
res suos quod non si creat ubi
est eius potentia cum in hac vita
non sit eis potentia quia nisi deterius
vel in anima sit eis melius si anima
non sit futura post istam. Tertio
dei sapientia et bonitate. si enim deus
non creat aucupes suos ubi sa-
pientia eius et bonitas. quod vero igitur
vacare quod non anime videbitur. arato-
res et venatores suos quorum
alterum destruit sapientia eius

bonitate. Item singulis Contra illos
qui dicunt quod una anima multis cor-
poribus infunditur successive et vivi-
ficat multa corpora de quo errore
dictum est supra ibi ex corpore et spiritu
C. Item secundum opera sua Romanorum
2o 3o et Colossenses 3o unus-
quisque autem propriam mercedem accipiat
secundum suum laborem. Et quod hec propositio
secundum notat quantitatem patet 2 Corinthios
8 9. Qui parce seminat parce et
metet et unusquisque sicut desti-
navit in corde suo. Et 1 Corinthios
14 stella a stella differt in clari-
tate sic et resurrectio mortuorum
Contra illos qui dicunt quod de necessitate
eveniunt omnia
Secundum opera sua Contra illos
qui dicunt quod omnia de necessitate
omnia eveniunt de qua ma[illegible] hec
23 q 5 est et anima et capitulis
sequentibus. Contra ad destructionem huius
erroris nunc id sufficiat quod
si omnia evenirent de necessitate
vel [illegible] non esset [illegible] vel
[illegible] vel aliqua operatio [illegible]
[illegible] ad bonum vel ad malum
et [illegible] esset [illegible] et artificialis
[illegible] et [illegible] medicina et medi-
camenta [illegible] et [illegible]
[illegible] sollicitudines et labores. Unde
nota [illegible] scolaris qui cum [illegible]
hac [illegible] studuisset rogavit
cum instancia socium ut iret cum
eo ad magistros theologie. quia volebat
placere illis quod omnia evenirent ex
necessitate. qui cum non posset aliter
eius inquietudinem [illegible]
[illegible] ei [illegible] est [illegible] dicens [illegible]
[illegible] [illegible] inquietas. quia si est
necesse quod tecum vadam velis no-
lis tecum ibo [illegible]. si necesse est quod
[illegible] [illegible] me rogas [illegible]
sit [illegible] quod tecum [illegible] si ex
necessitate cuncta eveniunt [illegible]

tu dicas qui ad hec rursus arguunt errorem suum et confessi sunt religiosorum. Item secundum opera sua contra illos qui credunt quod quidam homines sic creati quod ex necessitate salvabuntur, quidam sic quod ex necessitate dampnabuntur. Sed non credunt quod ex dei intencione vita eterna omnibus sit oblata neque omnes salvari possunt. Intelligunt autem predestinacionem dei esse dei ordinacionem quorundam ad supplicium quorundam ad premium quod non patet esse verum. Ezech. 18. Si impius egerit penitenciam. Item Jerem. 18. Si penitenciam egerit gens ista. Item Rom. 2o. his quidem qui secundum pacienciam boni operis gloriam et honorem. Item Apoc. 2o. memor esto unde cecideris et age penitenciam et prima opera fac. Ex quibus patet quod in operibus liberi arbitrii consistit salus et dampnacio animarum. Frustra enim esset liberum arbitrium et si de necessitate homo salvaretur vel dampnaretur. Nec esset omnibus oblata vita eterna secundum quod docet apostolus 1 Cor. 10 et 1 Thimot. 2o. omnes vult salvos fieri. Item Act. 10. In veritate comperi quod non est personarum acceptor deus. Item 2 Pet. 3o. deus non vult aliquos perire sed omnes ad penitenciam reverti. Unde non quod predestinacio est preparacio gracie in tempore et collacio vite in futuro. Vel predestinacio est exhibicio gracie in tempore et in futuro vite eterne. Prima descripcio est cause, secunda effectus. Est autem duplex effectus predestinacionis: primus est exhibicio gracie in tempore, secundus finalis est exhibicio vite eterne exhibicio. Item secundum magistrum in sentenciis predestinacio est preparacio gracie in presenti et glorie in futuro.

Item secundum eundem est preparacio gracie id est divina eleccio qua elegit quos voluit ante mundi constitucionem. In nomine predestinacionis sunt duo scilicet antecessio et predestinacio. Et in predestinacione tria oportet notare quod sit alicuius et de aliquo et ad aliquid et non in predestinacione. Sed tamen unum ut primum scilicet preparacio a quo est quod dicitur gracia in futuro dicitur ut tamen ad quem est quod dicitur gracia in presenti aut dicitur medium per quod est predestinacio. Sed autem dicitur predestinacio hec proprie. pre notat antecessionem eternitatis ad tempus. Item predestinacio est actus vocacionis iustificacionis et magnificacionis ex parte [illegible]. Item non qualiter dicunt vocacio iustificacio et magnificacio. quia magnificacio respicit gloriam, vocacio et iustificacio respicit graciam. Sed gracia duos habet effectus unum revocare a malo quod dicitur vocacio, aliud ordinare ad bonum quod dicitur iustificacio. Differunt predestinacio sic: predestinacio est presciencia beneficiorum dei. Item predestinacio est preordinacio alicuius ad gloriam. Item predestinacio est proposito miserendi. Item non [illegible] actus diversos secundum vos intelligencie qui intelliguntur in hac predestinacione. Sed non dicunt secundum actum primus est agnoscere se indigere, 2us eligere sine disposicione quod est cogitare ad faciendum, 3us est velle sine proposito facere, 4us est voluntate firma in fine dirigere. Secundum primum actum data est hec diffinicio predestinacio est presciencia. Item secundum actum 2um id est predestinacio est providencia. Item preordinacio secundum vos intelligencie procedit voluntate et sequitur scientia et antecedit. c. d.

in dispositione consequente secunda. 2m
actu 3m da. ista predestinatio est
propositum miserendi. propositum vero in
nobis est voluntas firmata de-
liberatione. sed hoc in deo non est
deliberatio hoc vero igitur propo-
situm in deo est firma eius
voluntas. 2m actum 3m da.
ista diffinitio predestinatio est preparatio
gratie. et nota quod predestinatio pot-
est tamen quod iste sit sine usu
doni dei et liberi arbitrii
aliter vero voluntas vel gratia non
esset iusta si cogeret nos sal-
vari. tota vero causa effectiva nostre
salutis principaliter est apud deum
sed causa susceptiva est apud nos
et sic divina causa equaliter se habet
ad omnes. non tamen omnes equaliter
se habent ad ipsam. nam ut dicit Augustinus f
sicut lux presens est ceco licet ce-
cus est absens luci. sic gratia
dei presens est omnibus. non tamen
sic per eandem viam fideles am-
bulant omnium ordinum veri pro-
fessores in hac via fidei sine
christiani. Sunt diverse vie sunt modi
vivendi sunt veniendi ad salutem
Ysa. 55. Sicud exaltantur celi
a terra sic exaltate sunt vie mee
a viis vestris. Et actuum 13
dicit paulus fili dyaboli inimice omnis
iusticie non desinis subvertere
vias domini rectas. Et Apoc. 15
iuste et vere sunt vie tue. Ideo
idem Aug. 13 de Genesi quod fecit
fructum aliud tricesimum aliud
sexagesimum aliud centesimum. Et
dicit fidelium quia congregatio hereticorum
non est ecclesia 32 q. 2 sed nec a
Christo recedunt a capite vel abscis-
apostolis supersunt quod ordinem sic a pa-
ganis a iudeis et ab aposta-
tis christianis. Et quod congregatio he-
reticorum non sit ecclesia. Ad Hebr.
11 sine fide impossibile est placere
deo. Quod autem hereticus sit sine
fide 1 ad Thimot. 4. In no-
vissimis temporibus discedent quidam
a fide et non aut sunt congregati

§.

c.

dicit apostolus ibidem. Propter duo scilicet propter pseudophilo-
sophorum imperitiam et propter doctrinam absti-
nendi a cibis quos deus creavit
que duo heretici faciunt. Unde
2 Pet. 2. Fuerunt et pseudoprophe-
te et in vobis erunt magistri men-
daces qui introducent sectas
perditionis. Item 1 Ioh. 2o. Nunc anti-
christi multi facti sunt unde scimus quia no-
vissima hora est. Ex nobis exie-
runt sed non erant ex nobis.
Unde in Act. 20. Ex quibus
omnibus patet quod heretici vel congregatio
hereticorum non sunt ecclesia dei neque
partes eius. Secundo ubi. Augustinus 11 [?]. Eccle-
sia in fine. Ubi quia in universo
mundo diffusa. Augustinus ubique currens
in mundo universo. Item Ps. 18. In
omnem terram exivit sonus eorum. Contra
sinagoga iudeorum que dicitur uno
in templo est collecta. Sinagoga
grece dicitur congregatio a sin quod est
con et agoge congregatio vel congregare
vel dicitur quieta seu collecta. Et
quamvis et sinagoga dicta ecclesia sed proprie
ecclesia dicta est sinagoga id est proprie
congregatio ut dicitur pecora. Homines
vero convocati. Et ideo iudei tamquam
brutales contra ad gentes di-
citur sinagoga. Populi vero tamquam
volentes spiritualia sentientes ecclesia
dicuntur. Item dicitur ecclesia ubi
alia ei data. Synagoge autem
data fuerunt precepta particularia
temporalia que mobilia particularia competi-
tiva uni genti tamquam particularia
conditione que liberorum particularia
sexui ut circumcisio tamquam masculi-
nis. Precepta autem que data sunt
ecclesie alia sunt que immobilia sunt
et omni genti et sexui et conditioni
apta. Quia non est iudeus neque
grecus non est servus neque liber
non est masculus neque femina.
omnes enim vos unum estis in Christo
Iesu. Galat. 2o. Item ubi quia
universis infirmitatibus spiritualibus remedium uni-
versorum hominum sufficientia continet
in se remedia scilicet septem sacramenta
que sunt baptismus confirmatio eucharistia
penitentia ordo matrimonium extrema unc-
tio. Item ubi quia colligitur ex omni
tribu et lingua et populo et natione.
Apoc. 7 et 10. Veritas eccle-
sie patet in sacrorum societate et
communione que complectitur iustos
et iniustos de quibus est ecclesia.
4. Ubi ecclesia predicta sancta katho-
lica est quia recte credit in deum
de quibus dicitur et iustitia [?] ... Que dicitur quare dicta

est ecclesia ...

Ecclesia nota quod duplex est
ecclesia. Una que dicitur vera
est sanctorum de qua psalmus laus eius in
ecclesia sanctorum. Alia est maligna-
ntium de qua psalmus odivi ecclesiam
malignantium. Sed circa quando
incepit ecclesia dei. Sciendum quod in-
cepit a primo iusto Abel. Math.
23. Ut veniat super vos omnis
sanguis iustus qui effusus est super
terram a sanguine Abel iusti. Dicitur
autem incepisse potius ab Abel
quam ab Adam. Quia Abel fuit primus
iustitia consummata non rupta per
lapsum peccati ut ostenderetur quod ecclesia
dei continue futura fuerit et numquam
defutura. Abel dicitur esse principium
ecclesie triplici de causa. Scilicet quia virgo
quia iustus quia martir. Item autem ecclesia
fuit ante Christi adventum. Psalmus actuum
26. ... contra dicens nihil ea
que locuti sunt prophete. Item 2 Cor.
4. Habentes eundem spiritum sicut scriptum
est credidi propter quod locutus sum
et nos credimus propter quod et loquimur.
Unde ... et eadem fides fuit anti-
quitus et in antiquis patribus ante
adventum Christi et in illis qui
post fuerunt. Sed illi credebant

Christum venturum. nos autem credimus
Christum iam venisse ut sic mutentur
tempora sed non fides. Sicut non quam qui
fuerunt ante incarnationem Christi fuerunt
quasi electi milites qui venturum
regem Christum contra dyabolum pugna-
turum quasi in acie precedebat
qui sanctificabat et muniebat
sacris illius temporis quantum ad quasdam qui-
busdam armis et emundationibus
Quod non operabantur in illis oblationes
et sacrificia mediante fide. et
postea sub lege scripta circumcisio
vel sub gratia baptismus quia per hec
a peccato tam originali quam actuali
iustificabantur. De conse. di. 4. quod apud
eos circumcisio sequuti. Sed ianua regni
celestis non fuit eis aperta donec
Christus ascendens in celum ianuam
sequentibus aperiret. tamen in sinum
Abrahe id est in tranquilla requie serva-
bantur. Christiani vero post incarnationem se-
quuntur sicut quasi milites Christum rege-
m precedentem sequentes. scutum
sanctam fidei tanquam armaturam eius
et ipso contra vicia pugnanti. Sunt
ideo sancti fuerunt tempore naturalis legis
scilicet ab Adam usque ad Moysen. sunt
tempore scripte legis scilicet a Moyse us-
que ad Christum. sunt tempore gratie scilicet a Christo
usque ad finem mundi. omnes una
fide fuerunt. Uni regi Christo mi-
litaverunt. unum dyabolum tirannum su-
peraverunt. qui genus humanum deci-
piat fraudulenter et detine-
bat violenter. Sed a Christo gloriose incepit
ecclesia que modo dicitur romana unde
id est Math. 16. tu es petrus et super petram
et successit Christo. Clemens pet-
ro. usque in fine seculi. Con-
tra opponunt heretici quod Silvester
papa non successit Christo sed Consta-
tino. ad quod inducunt dist. 20.
Beati quia principes ecclesiarum duca-
torum et Christus populus fugit regnum

quum vidi. Joh. 6. et ipse dicit
Joh. 18. regnum meum non est de
hoc mundo. quod ergo successit Christo
cum non fundavit doctrina ut
dicunt heretici. Respondeo quod papa Silvester
successit Christo in auctoritate pon-
tificali. Constantino vero in auc-
toritate imperiali. unde propter privi-
legiis ecclesie Rome concessis
et 26. di. Constantinus. et sic fuit
completa prophecia Danielis 7°
regnum autem et potestas et magni-
tudo regni que est subter omne
celum detur populo sanctorum altissimi
Christo autem ante tempus mundi
fuit. sed ipse ait Math. ultimo data
est mihi omnis potestas et qui
fuit ab ipso fuit Rom. 13. Per
me reges regnant. Danielis
2° Deus celi regnum et forti-
tudinem dedit tibi. Hec in
predictis auctoribus hoc non negatur
sed ambicio regnum fugienda
Licet regnum Christi est de hoc mundo
primo modus iste est de regno
suo sed non dicitur quod regnum
vel imperium esset de aliqua
vili dominica in regno vel im-
perio contenta sed potius e contrario
Iterum opponunt heretici contra ecclesiam
romanam quod ecclesie plures sibi de-
bent preponi ut Nazareth quia ibi
Christus est incarnatus et Bethleem
quia ibi Christus natus et Iherusalem
quia ibi Christus passus. Sed Anthi-
ochena ecclesia esset preferenda quia
primo sive fuit et a cunctis apostolis
dedicata. Et quia ibi nomen christia-
nitatis incepit. di. 22. Sacro-
sancta. Et quia Petrus primo fuit ibi
ab omnibus apostolis prelatus et
ibi primo presedit. di. 21. in novo
Respondeo quod licet predicte ecclesie sint
venerables propter ipsa que ibi gesta
sunt. tamen romana premissis est

pertinenda quia petrus qui fuerat a christo
caput ecclesie constitutus in terris
eius vicarius institutus et cla-
vigerum regni celestis effectus et
post ascensionem domini remansit
ab vniuersis apostolis electus et prin-
ceps omnium prelatus et quia fuit ab
vniuersis statutum concorditer ut tamquam
ipse cum quilibet successor ipsius
esset princeps et caput omnium et
rector ut 21 distinctione in novo et
22 distinctione sacrosancta. Post vero cum inspi-
rante divina gratia romam venis-
set et ibi diu predicasset cum vel-
let inde recedere. christus sibi ap-
paruit dicens quod veniebat
romam iterum crucifigi. quo audi-
to intellexit quod morte cla-
rificaturus esset et cum et cum re-
versus fuisset rome ab vniuersis
fidelibus qui ad eam erant electus est
et assumptus in principem omnium qui
rexit ecclesiam per 29 annos
et menses septem et diebus octo
sed in romanis moritur et rome
pro fide christi fuit crucifixus cuius
martirio associatus est paulus. Et quia
romana sedes tantorum apostolorum est
martirio dedicata et eorum
presencia sublimata merito omnium
ecclesiarum obtinet principatum et ab
ipsa tamquam a domina et magistra omnes
ecclesie fidei et doctrine debent acci-
pere disciplinam. distinctione 22 sacrosancta
ut ubi fuerat caput superstitionis
ibi fieret caput sanctitatis. et ubi
fuerat totius orbis principatus
ibi esset caput totius christianitatis
et dominium ac religionibus. et ubi
fuerat cultura demonum. ibi esset
cultura christi. et ubi gentiles
principes habitaverunt illic ecclesie
principes habitarent. Hic etiam im-
pletum est quod christus predixerat
petro cum vocabitur cephas quod
interpretatur caput. Ratio huius

ubi petrus electus est in summum pon-
tificem ubi pro fide christi martirio
coronatus ubi quiescit corpus eius
ibi debuit caput christianitatis
merito collocari. Item hereticus qui romana
contempnit ecclesiam hereticus iudicatur
24 q. 1 hec est fides et distinctione 19
nulli fas est. et qui privilegia
romane ecclesie conatur auferre
hereticus est dicendus. distinctione 22 quo-
ciens. ut de arduis negociis
agitur vel de fide questio oritur
ad ipsum est recurrendum. 24 q.
1 quociens et 12 in preceptis
de communione summi pontificis agitur
iusta ibi 2am claues ecclesie
quas ipse concessus est apostolis. Item
opponunt heretici quod ecclesia romana
facit iurare contra preceptum dei.
Math. 7. Ego dico vobis nolite
iurare et Jacobi 4. ante omnia
fratres mei nolite iurare. Item
de quo non dicit simpliciter dico vo-
bis nolite iurare sed addidit
omnino. non vetat iurare per deum
unde non dicit neque per deum sed dicit
per celum. sed dicit Glossa. Rursus
iurare prohibet. Ratio contrarie
omnino tempore vel loco vel modo vel
persona etc. Ratio in greco holos
id est quasi totum vel omnino. id est per omnem
rem vel sine consensu isto se-
cundo bona fide vel omnino. id est pe-
nitus falsum et contra cautelas omnibus
cum non Jacobus voluntatem et
usum prohibet et quia non ante demum
creaturam quia celum et terram deus
ad ministerium sibi dedit. non homi-
nibus ad iuramentum. per solum enim
deum iurandum est deutro. 6. et 10.
et ysa. 20. Ratio qui iurat per
celum vel per terram vel per aliam cre-
aturam quasi deificat id per quod
iurat et sic ydolatriam facit
et maiorem facit creaturam quam sibi

ad he. cum ipsum creatorem deum he-
breorum 6. qui non reddit deo
iuramentum suum secundum clementinis du-
pliciter peccat primo quia non reddit
deo iuramentum. iura id reddis deo
iuramenta. Mt. 5. 2° quia deificat
id per quod iurat. Ecclesiastes autem sit
iuratum per deum Ieremie 4. ubi
ponuntur tres species vel comites
iuramenti et forma iurandi. Item
Ieremie 20. Decretum 22 q. 2 c.
2. Ecclesiastes autem possit iurari sine peccato
patet hic quia iuravit ipse deus
Ysa. 62. Hebr. 6. et precepit iu-
rare Deut. 6. et 10. Sic deus
iuravit Noe Gen. 10. Sic Abrahe
Gen. 22. Luce primo. Hebr. 20.
Sic iuravit Christus. Ioh. 12. amen
amen dico vobis. Iuravit an-
gelus Apoc. 10. Iuravit pau-
lus Gal. primo. 2 Cor. 1. 2a
Thimothe. 2. Sic iuravit patriarcha
Abraham Gen. 12. Iuravit Ysaac
Gen. 26. et Iacob Gen. 24 et fecit
sibi iurare Esau Gen. 24. Ecclesiastes ac
sit iuratum Ps. laudabuntur omnes
qui iurant in eo. Sic qui iurat
per proximo. Sic iuravit dominus et non
B penitebit eum. Sic ecclesia duplex
est ecclesia una que constat ex vivis
lapidibus etc. que est totius cetus
sanctorum vel unaquaque illorum de
qua hic et 2 Paralip. 1. Iudicum
20 et de qua dicitur prima ecclesia
id est katholicorum collectio. Cuius
triplex est status primus trium-
phancium qui iam regnat in
celis. Alius militancium qui ad-
huc peregrinantur in tribus. Tercius
expectancium qui adhuc expectant
C in purgatorii penis. Alia con-
stat ex mortuis lignis et lapi-
dibus et sic habet ad altare ut fi-
gura ad veritatem et cultus eius
ad cultum illius quia sed ecclesia

sed habet ad ecclesiam sic cultus ad
cultum Hebr. 8. Vide inquit dia
facito omnia exemplar quod tibi
iuratum est in monte. Et non
exemplar sine figura sine
similitudine materialis ecclesie ad spiritua-
lem. Sicut enim in materiali ecclesia
de silvis et lapicidiis ligna
et lapides preciduntur. Sic in
spirituali de iudeis et gentibus
predicatores verbi dei credendo
fideles ab erroribus abrumpuntur.
Et sicut in materiali per manus ar-
tificum dolantur et coaptantur
et poliuntur. Sic in spirituali per
sacramenta ecclesie ministerio sacerdotum
baptisantur informantur et sancti-
ficantur. Et sicut ibi ad hoc quod sit
domus dei ligna et lapides
cimento compaginantur et iunguntur.
Sic et hic fideles caritate
uniuntur et connectuntur sibi invicem
certo ordine per dilectionem pacifice
cohabitantes. Item sicut in materiali
ecclesia dum ceduntur lapides
et ligna dum dolantur formantur
coaptantur labor et cura cum at-
tem edificii dedicatio celebratur
completa et securitas laboribus
et curis succedit. Sic et in spirituali
dum ex inimicis vita homines
segregantur ad fidem cum quasi quidam
necessario e amputantur dum fiunt
apte pacifice quia ab inimicis
temptatores timentur et tribulaciones
sustinentur. Cum vero advenerit di-
es dedicationis domus eterne tunc
erit securitas et completa cum di-
cetur nobis venite benedicti patris
mei etc. Huius ecclesie fundamentum
Christus lapides suppositi fide-
les sancti apostoli columpne episcopi
et doctores doctores. Huius ecclesie
edificium erit in iudicio in sua
perfectione consummatio. ad cuius de-

tore erit varietas primorum et
prelatorum sed non est varietas or-
dinum et professionum ad decorem
ecclesie. nec diversitas professionum
contrarietatem habet aut repugnantiam
que decorem in toto vel in parte
vel deminuet vel impediat. Sicut
non varietas membrorum et officiorum
eorum ledit in aliquo decorem
corporis humani. nec varietas vir-
tutum aut operationum decorem
animarum humanarum. immo potius
illa exornat perficit et compo-
nit. Quia vero heretici detrahunt
edificationi et dedicationi ecclesie
materialis irridentes quasi dedica-
tionem dicunt et fiunt ad confusionem
infidelium et ad edificationem fi-
delium quid illa significet ple-
nius ostendemus. Christus in studio
amoris operibus alterius ecclesie vel
fidelem animam ut sponsam sibi
ornat et preparat ad celestem
dedicationem. per temporalem ecclesie dedi-
cationem expresse figuratur. Ponti-
fex enim ter circuit ecclesiam dedi-
candam. aspergens eam aqua benedicta
clero et populo prosequente. interim
conclusis et intus inclusis duodecim
ardent luminaria quotiens ad por-
tam venit pro ministerio clausa
ostium percutit super liminare vir-
ga pastorali dicens tollite por-
tas etc. Diaconus intus vero dicit quis
est iste rex glorie cui dicens vir-
tutum ipse est. Tercia vice reserua-
to hostio intrat cum clero et
populo dicens pax domui. Deinde
cetera peragit que ad dedicationem
pertinent. Hec autem licet fiant visi-
biliter omnia in anima invisibiliter
dei gratia operatur que vere templum
dei est. Ubi fides fundamentum
iacit spes erigit caritas
consummat. Ipsa est ecclesia catho-
lica ex vivis velut lapi-

dibus id est fidelibus adunata templum
dei est. I Cor. 3 templum dei
sanctum est quod estis vos. Et multa
templa unum sunt templum quo-
rum unus dominus et una fides. Ephes.
4. Domus id est dedicanda est
anima sanctificanda. aqua prima sal
sapientia trina aspersio trina im-
mersio baptizandi. duodecim
luminaria apostoli lucis et ministri
predicatores. vel doctrina simbo-
li XII articulorum apostolorum. Pontifex
Christus. virga eius potestas. trina
percussio celestium terrestrium et
infernorum ducatus ut trina re-
rum machina flectat genu
iam subdita. Interrogatio in-
clusi ignorantia populi. apertio
hostii evacuatio peccati. Ponti-
fex intus pacem domui precatur
et populus ingrediens nos vel
animam pacem inter deum et homines
operatur. Deinde prostratus opus
sanctificationis domus orat et pre-
similiter sicut ad passionem cum dis-
cipulis et rediturus omnibus
orabat dicens Pater sanctifica
eos in nomine tuo. Surgens
non salutat sed orat deum quia
non est applaudendum hominibus qui
nondum sanctificati sunt sed pro ipsis
orandum. De scripto alphabeti in
pavimento est simplex doctrina
fidei in corde humano. incipiens
a sinistro angulo orientis du-
cens in dextrum occidentis
alterum a dextro orientis in sinis-
trum occidentis cruce conjunc-
tis et collectis utriusque populi fi-
gurat. Unde id quod Iacob can-
cellatis manibus filios Joseph
benedixit Gen. 48. Cambuca
qua sedet ministrat ministrum
doctorum quo sancta est curatio
et perficienda in decorem. Quod deinde
stans ante altare deum in
adiutorium invocat orat eos

qui precepta fidei ad pugnam se
preparant. Et quia adhuc sunt in certa-
mine quasi inter suspiria non alleluia
adiungitur. Post hec aqua benedicitur
cum sale et cinere addito vino aque
mixto. Aqua est populus. sal doc-
trina. cinis memoria passionis
Christi. vinum aqua mixtum Christus
deus et homo. vinum divinitas. aqua
humanitas. Et sic populus sanctificatur
doctrina fidei et memoria passionis
Christi iunctus capiti suo et homini
Christo. Unde altare et ecclesia intus
aspergitur ut intus scilicet quo ad spiritualis
ecclesia sanctificanda mundatur. Asper-
sionem de ysopo humilitas est Christi
qua aspersa mundatur ecclesia catho-
lica. Circuit aspergendo cum lustris
et cura omnibus impendens inter-
num cantatur. Expurgat deus
Adiss. ini. cum antiphona que sic
alia. Qui habitat in adiutorio al-
tissimi. Et pontifex cantat Domus
mea domus orationis vocabitur. Et item
narrabo nomen tuum fratribus meis.
Et quia sine deo nullum opus perfi-
citur in consumatione oratur ut exau-
diantur ingredientes beneficia pe-
tituri. Postea fratres veniat ad
altare cantans Introibo ad altare
dei etc. Et quod inundasit de aqua
ad basim est altaris effundendo
est committens deo quod competit vi-
ribus humanis in tanto sacro. De-
inde altare linteo tergitur. Al-
tare corpus est. linteum caro eius
tonsionibus passionum ad cando-
rem et gloriam inmortalitatis perducta.
Hinc pontifex offert super al-
tare thus accensum in modum
crucis et in medio altaris et
per quatuor angulos eius facit cruces
de oleo sanctificato. Deinde cruces
tres per singulos parietes ecclesie
cum oleo crismate. Sic paratum
servatur altare albo velamine
operitur. Precepit orans oleum gratie

spiritus sancti descendit. cuius ple-
nitudo scilicet unguentum in capite
quod descendit in barbam barbam
aaron id est in apostolis corporis et
discipulis qui crucis myste-
rium per quatuor climata mundi deo
cooperante predicaverunt. Albo
velamine immortalitas ministrat
ecclesia de qua filius exultat
dicens psalmus Conscidisti saccum meum
et circumdedisti me leticia. Qualiter
dedicatio ecclesie materialis fiat
dedicatio est hec sanctificatio ecclesie
spiritualis scilicet congregationis fidelium
vel anime fidelis. Et nota quod
dedicare idem quod dicare vel consecrare
sive deo copulare vel perficere vel
initiare id est in novum usum assumere
unde Deut. 24. Quis est
homo qui edificavit id est edificare
cepit domum et non dedicavit
eam id est non perfecit vel non est
usus ea. Dedicare autem componitur
a de et dico dicas quod est copulare
consecrare sonare. Dedicare igitur ecclesiam
est eam copulare deo vel consecrare
vel sonare vel perficere vel in usum ac
fructum eius assumere. Per predicta
patet ignorancia stulticia et ma-
licia hereticorum qui dicunt quod ma-
terialis ecclesia non est bona nec
ibi orandum. Contra quos Joh. 4. venit
tempus quando neque in monte hoc neque
in Ierusalem adorabitis. Sed veri
adoratores adorabunt eum
in spiritu et veritate. Unde dicunt quod
locus ad orandum non pertinet quia
scilicet deus est ubique. Sic patet orari
vel adorari ubique. Quidam non operantur
ut dicunt parietes ad supplicandum
illi qui ubique est ipse Christus etiam
in desertis orant. Unde licet
tempus vel locus non sit de substantia
orationis est tamen de circumstantia. Et ad
hoc instituta ut vox loci vel
temporis adorandum humana devotio
incitetur. Christus autem in deserto

ad nouum quia ubique est deus adorari
et ut audeat quia a tumultu cogita-
tionum secularium fugiat. Mathei
6. tu autem cum oraveris intra
in cubiculum tuum et hostium mentis est
carnalis sensus. per quem enim sensus
corporis peciora implent et inge-
runt et intrat mors per fenes-
tras nostras. Et ideo claudendum ne
vagentur ad peciora. clarum enim
est intrare cubiculum si hostium
pateat cogitationibus importunis
et fantasiis quibus oratio impe-
ditur quia tanto videtur quibus quanto
facilius est claudere vel autem ocu-
lum vel aurem ut sic huiusmodi fan-
tasmata repellantur. Contra op-
ponunt heretici actuum 17. Deus non
habitat in templo manu facto.
Respondeo quia edificatur ecclesias ut deus
ibi localiter contentus habitet sed ut
ibi colatur decentius. 3 regum 6
et 1o. 2o paralipomenon 2o et 1o capitulis.
Contra obiciunt quia apostoli tales ecclesias
non habuerunt. Respondeo quia propter persecu-
tores nondum potuerunt habere. Et quia
templum sive materialis ecclesia sit
locus orationis patet 3 regum 8 et 9o
capitulo. 2 paralipomenon 6 capitulo 1o. Quia autem
honestius honestum est habere hospi-
talitas per civitates sane menti
ubi non decet habere locum deputa-
tum et ceteris usibus sequestra-
tum ad sumendum corporale cibum cor-
poris quanto forcius ad sumendum
celestem cibum mentis. Unde dominus ostendit
Johannis 2o sibi displicere locum ora-
cionis locum negociacionis. et appellat
basilicam sive materialem domum orationis.
Potest autem audiri vocibus autenticis
et racionibus quod materialis ecclesia est necessaria
per significacionem quia materialis ecclesia et
ea que in ea sunt vel fiunt spiri-
tualia et ea que in ea deceat esse
vel fieri. hebreorum 1. Et ideo vocatur
ecclesia quia ecclesiam id est congregacionem fide-
lium continet et ponitur continens pro

B.

C.

contento sed ibi presencius quam occasio-
nalius(?). act 22. Et propter utilitatem
quia ibi clerus et populus in fide
et moribus instruuntur et ad lau-
dem dei et orationem ibidem devocius
provocantur. Et propter rememoracionem
beneficiorum dei aut aliorum mira-
bilium sed et representacio divine
virtutis et huiusmodi et qualis est
representacio gestorum que apparet in pic-
turis et sculpturis septuplex ecclesie
[illegible] de quibus de consecratione distinctione 3
placuit et venerabiles. Huiusmodi pictas
ymagines et figuras reprehen-
dunt heretici dicentes esse ydola-
tras qui talia faciunt quia est contra
deum Exodi 20. Respondeo quia postea
de mandato domini fecit moyses
duos cherubim aureos Exodi
31. Item Salomon sculpsit yma-
gines et cherubim in tabulis
ereis 3 regum 6. Et moyses
de precepto domini formabat manna
Exodi 16. Et filii israel formaverunt
serpentem eneum quem de mandato
domini fecit moyses numeri 21. quia
tamen formata fuerunt non ut ado-
rarentur sed ut essent in memo-
riam beneficiorum dei. Similiter
et nos formamus crucis et ymagi-
nes dei et picturas sanctorum non
ut adorantes sed venerantes et
recolentes dei beneficia que
representant de consecratione distinctione 3 placuit
venerabiles. Unde et pingimus depin-
gimus presidentem in throno ad
designandum sue maiestatis potestatem.
Et in gremio matris sedentem ad
declarandum matris eius humili-
tatem. Et in cruce pendentem ad
designandum eius passionem. Et ma-
iestate eius presentatus manus
habentem et gladium bis acutum in
ore ad ostendendum [illegible] iudicium quia
eius sua erit quasi gladius

scindes et separans bonos a ma-
lis cu dic bonis venite bndi
& malis Ite maledicti Si obici-
at hereticus ut adoramus crucez
dicentes vnd ste adoramus dice-
Rnde q adorare idem e q petere ab
eo q adorat aliquid & sic non
adoramus ste ut idem e adorare
q venerari sive honorare 4o adorab
Imo id psalmum adorate scabellu
pedum eius Et adorabo ad templu
sanctum tuum Item obiciunt heretici q
signum crucis & nobis facimus cum
crucis signum adoramus vel fro-
nti nro imponimus Rnde q illa
signum e glorificatio nra galath
6 & ultimo Michi aut absit glo-
riari nisi Et 1a petri 2o qui pecca-
ta nra pertulit in corpore suo sup
lignum Ad id 1 cor 1o et 2a
cor 8 Cruce & in frontes
nobis facimus & in vultu q
non erubescimus Rom 1o & ps
Signatum est sup nos lumen vultus
tui dne Vltimo patris dei filius
in quo apparet voluntas & amor
patris ad nos hunc ymaginem ost-
endimus q fides omnibus xpi illu-
minat credentes in eum Or at
siquidem sumus in frontibus Apoc
2o 28 & ap 22 Item patres
& auctores prim noui & veteris
testamenti ad quendam modum ecclesiam
informauerunt Moyses ex precepto
dei fecit tabernaculum exo 27
& 26 Salomon templum 3o
regum 6 & 9 2o regum 1o Actuum
14 Moyses a temporibus antiquis
habet in singulis ciuitatibus qui
eum predicent in synagogis Pa-
tres & noui testamenti frequentant
materialem ecclesiam mat e mar 11 Do-
mus mea domus oracionis vocabitur
luce e & 19 mat 21 cum intraret
ihesus in templo eiecit emen-
tes & vendentes Et mat 20

Cottidie apud vos eram docens
in templo luce 1o Ingressus
in templum dni apparuit ei an-
gelus luce in fine post ascensio-
nem erant semper in templo laudantes
& benedicentes Et Joh 2o Aufferte
ista hinc & nolite facere do-
mum patris mei etc Et 16 Abs-
que synagogis facient vos Item
1 cor 11 Conuenientibus
vobis in ecclesia dei audio scis-
suras esse in eadem Numquid non
habetis domos ad manducandum
& bibendum aut ecclesiam dei contemp-
nitis Et act 3o Petrus & Jo-
hannes ascenderunt in templum
Et act 9o Ingressus paulus
in synagogam q hic e filius
dei Item impugnant heretici
cantum ecclesie inducentes mat 6
cum oraueris intra in cubiculum
& clauso hostio etc Rnde est
non prohibitum sed q aliter orare
q si non habeat cubiculum quid
si in cubiculo non sit clausura
et runca cum quibus vis orare
deuote ergo intrare cubiculum
cordis & claude hostium sen-
sum a corde tuo at conscia bona
& fide non ficta ergo orare deum
in spiritu & veritate Joh 4 Cu-
biculum e cordis secretum vel se-
cretius mentis archanum hos-
tium carnalis sensus per quem hec ex-
teriora ut turbe fantasmatum
in ppe se ingerunt quibus resis-
tendum ut oracio spiritualis dirigatur
ad deum Or aut cantandum & psal-
lendum sit in omni loco voce et
lingua patet 1 thimot 2o volo
viros orare in omni loco leua-
tes ~~parites~~ manus sine ira & puras
odio ad populum & sine dira ad
deum Idem act 16 Et q
in omni tempore sit orandum luce 8.
21 Item respondent orantes

plixas inducentes id Mt. 6°
nolite multu loqui in orone
sicut ethnici faciunt Unde q
multu orac no phibuit quia
ipse xpus in agonia plixi9 oravit
Luce 22 et in orone erat puoc-
tavit Luce 6 et qui docuit p
orac et no deficere Luce 18 Sz
sicut ethnici faciunt i ea inte-
cione qua gentiles et ppont
intencioz putant n q i multi-
loquio suo exaudiant quasi
psuasibilibz vbis deus inulce-
atz vel si absens e vocetz
et q nescit vota ambagibus
docea3 Et dicitur no ee tacta
du n orandu nisi oroz dnica
q sic docuit xpus Mt 6°
Unde q licet formā orandi
dedit no phibuit devote aliter
psallere seu orac sz ethnicis
assimilari ut ps la ibi sz ethni-
ci sunt gentiles multiloquio intendunt
putantes q sed oator indiceri
sic possit flecte deu vbis et
q nesciet deus quid petunt
nisi vbis illoz instruat. qua
infidelitate xpus dapnat sz
no multas lacrimas no multas
obsecracoes in cordis puitate
sicut fecit sci faciunt et iesus fecit
qu in oroe puoctavit Luce 6
et ipse met da for voto oravit
ut3 Joh 11 et 12 ptotu Luce 22
et 23 Mt 12 et 17 Mt 2a dc
aut in vbiis et impnis et ca-
ticis spualibz sit orandu et ca-
tandu docet aptus Coloss 3 et
q obsecracoes orans postulacoes
et graz actoes decent sz pomibz
hominibz vt 1 Thimoth 2° et q
instandu sit in his die ac noc-
te vt pa thimoth 5 et q sine
intermissione orandu pa thess ulta

E. Et rectitudine tepnficacoes ecce
ut id ipsa eb qui recordatz
therus q qui vendiot ydolo Et
ipsa quid incensu abhominato
est in Unde q sequit pce
aductus in quo legalia cessa-
unt ecca no no tepnificat
vino ut lege sz ut eccie edifi-
catoz et significatz Corinth 8°
F. Et eccia dr domus domus dei
pa thimoth 3° Hebr 3° Et
dr columba sponsi ortu9 conclusu
fons signatus puteus aque vive
paradisus sm frmentu pomoz Cant
2a et 1 ouiuibz Cantic 2° 23°
cuius cultor et invector et
fructificator spualium largitor
est deus Et dr archa noe in
qua munda animalia et immunda Gen
q pa qz vosola quia victa Gen
6° et que quanto amplius inoceps
cuius aque tanto amplius exal-
ta et que licet undique tuda
fluctibus. undiqz tn subiugitz
hanc archa construxit sibi xps
et spiis quercus ligamina crucis
portavit et arte ac ingenio
mirabili et passione compaginavit
de lignis levigatis scilicet ymi
inunte de lignis politis puendo
splendore pgne plenitudiez
de lignis compaginatis p verbi
unione Et eccia dr regnum ce-
loz in quo sunt virgines prude-
tes et fatue Mt 27 Et igitur
virgis rep virgo et duo draconu
illius xpus Apoc 19 In hac
virgo vigilat unitas sm pote-
ris cam defendit ab impug-
toribz Sapia filii ca docet in
fide et moribz Bonitas spus
sci cam conservat concordia caritatis
et unitatis Et dr ager ubi zi-
zania mixta sunt cu frumento
Mt 13 et 2a q pa ~~no turba~~
~~...~~ mundo Et
dr navis in diuersis fluctibus

agitatur 23 q. 1 non turbatur. Et navi-
cula petri Matth. 14. Est archa ubi
palea cum grano Matth. 3o. Est dicitur sage-
na sive rethe ubi boni pisces cum
malis Matth. 13. Item ovile cum
edis cum agnis Ioh. 10. Est domus
dei qui tamquam pater familias
victu et vestitu spirituale ibi sibi
famulantibus providet et dicitur ubi na-
via famulantium et vasa contumelie
et honoris Ro. 9 et 2 Thess. 2o
non tamen despiciendi sunt boni propter malos
immo potius tollerandi sunt mali
ubi non possunt corrigi ut patet 23
q. 1 quisquis. Item dicitur civitas
Matth. 5 non potest abscondi civitas super
montem posita. Civitas dicitur quasi civium
unitas quia sub eodem rege deo et
sub eadem lege fidei ubi vivunt fi-
deles sibi invicem adiuvantes. In hac
civitate summus dispensator papa
christi vicarius sub quo ceteri magistratus
et officiales. Est dicitur ager et vinea
cuius agricola deus Matth. 20. Ite
et vos in vineam meam. Cuius vinee
tot sunt palmites quot sunt sancti
a principio mundi usque ad finem. Ad
cuius culturam missi sunt operarii
mane ab adam usque ad noe
hora tercia a noe usque ad abraham
sexta ab abraham usque ad moy-
sen. nona a moyse usque ad christum
undecima ab adventu christi usque ad finem
mundi. Est dicitur tabernaculum ut prefiguratur
tab. in al. Est dicitur templum spiritus
dei cultum 2 Cor. 6. Est dicitur
exercitus propter stamina (?) et bellicum ap-
paratum contra errores et vicia. Cant.
6o terribilis ut castrorum acies or-
dinata. Est dicitur soror sponsi et
amica Cant. 2o. Est dicitur thalamus
4 R. qualis (?). Est dicitur columpna et
firmamentum veritatis 1 Timoth. 3o.
Est ubi ecclesia in qua sunt homines
mali cum bonis sicut pisces mali
cum bonis in sagena et sicut 31.

zania cum tritico Matth. 13. Est sicut
operarii in vinea ubi multi sunt
vocati pauci vero electi Matth. 20. Est
sicut virgines fatue cum pruden-
tibus Matth. 25. Est sicut vasa con-
tumelie et honoris in domo
magna Ro. 9 et 2 Thess. 2.
Item sunt homines mali in ecclesia sicut
in corpore humano humores mali
qui necesse expuuntur a corpore de
cons. di. 2 est unitas. Est sicut
manus arida sive fragile membrum
corporis sicut necessitas amortuum
sic fides cum sit vana tamen sine
operibus mortua est 1 q. 1 sicut
dicitur Iacobi 2o. Et corporalia
sacramenta que portant et celebrant
et segregati ab unitate corporis
christi formam habent pietatis sed
virtutem vero invisibilis et spiritualis
ita in eis esse non potest quemadmodum
sensus non sunt membra quando am-
putantur a corpore 1 q. 1 esse corde
predicta faciunt contra hereticos qui
dicunt quod in ecclesia dei non possunt
esse boni cum malis. Contra he-
reticos qui dicunt quod mali non possunt
cum bonis ... ostenditur quod nullus
extra catholicam ecclesiam salvatur

Extra quam quia qui recedit
et non permanet in doctrina
christi habet deum non habet 24 q. 1
Omnibus qui Ro. 8 et qui non
colligit mecum dispergit Luc.
11. Et qui christi non est antichristus
est 24 q. 1 in fine dicimus
et prima Ioh. 2o nunc antichristi multi
sunt. Heretici dicunt ecclesiam dei de-
fecisse tempore silvestri dum a constantino
imperatore recepit dominia et
divicias temporales. Et ipsam eccle-
siam romanam et eius sequaces
non dei ecclesiam fuisse et propter ipsos
hereticos institutam fuisse. Sed quia
defecerit ut per eos ut ipsi

A

B. nescitur fuit instituta non habuit
auctorem. Secundo autem non deficit ecclesia
dei ex quo incepit. Genus prophe-
tica et angelica et evangelica testi-
monia. Ysa. 9. puer natus est nobis et
infra super solium david regnum
eius ut in iusticia et iudicio amodo
et usque in sempiternum. Et luce primo
dabit illi dominus deus sedem david
patris eius et regnabit in domo
iacob in eternum. Et illud regnum
appellat ecclesiam. Ergo non fuit finis
ecclesie ex quo incepit etc. Item
danielis 2o. In diebus suscitabit
deus regnum celi quod in eternum non
dissipabitur et regnum eius alteri
non tradetur. Comminuet autem et
consumet universa regna hec et
ipsum stabit in eternum. Et ut vidis-
ti quod de monte abscisus est lapis
sine manibus etc. Iste lapis christus
1 pet. 2o sine manibus id est sine vi-
rili opere abscisus de monte id est
de beata virgine vel de cetu sancto-
rum veteris testamenti. Et ad alios
dixit ihesus discipulis suis vobis-
cum sum usque ad consummationem seculi.
Hec dixit christus prelatis ecclesie.
Ergo ecclesia non deficit nec deficiet
et usque ad consummationem seculi. Et
luce 22. dixit ihesus ego pro te
rogavi petre ut non deficiat
fides tua. Ergo fides eius non de-
ficit. Ergo nec ecclesia, quia fides christi
non nisi in eius ecclesia invenitur.
Et ioh. 17. christus orans ad patrem
dixit non pro eis tantum rogo sed pro
aliis qui per eos qui credituri
sunt per verbum illorum in me. Ad idem
ephes. 2o et 3e. et philipp. primo
tempus tuus deus in seculum se-
culi. tronus id est ecclesia dei. Item
extra quam nullus omnino salvatur
23. d. qui episcopus in fine. Nam ad
diluvium omnes quos extra archam
invenit extinxit 24. q. 1. quia
C. ipsa ecclesia katholica veritas

ecclesie sola est que inter ponitur vali-
da compage caritatis custodit. Au-
gustinus in li. de fide ad petrum.
Firmissime tene et nullatenus du-
bites non solum omnes paganos
sed et omnes iudeos et hereticos et
scismaticos qui extra ecclesiam
katholicam presentem finiunt vitam
in ignem eternum ituros qui paratus
est dyabolo et angelis eius. Et
D. ideo non est orandum pro eis quia
quibus vivis non communicamus nec
mortuis communicare debemus. 24. q.
2a. Diffinita 2 q. 2. Sane. 23 et
de sima et Contra mortuos a nobis fide-
E. libus autem qui in unitate ecclesie de-
cedunt prosunt oraciones et alia be-
neficia et suffragia ecclesie ut
2 mach. 12. pro viro fortissimo
iuda etc. Et actuum 9. petrus
ponens genua oravit et conversus
ad corpus dixit thabita surge.
At illa aperuit oculos et viso
petro resedit. Et ita patet quod oraciones
vivorum prosunt defunctis. Contra
waldenses et alios hereticos qui
hoc negant. Ad idem ioh. 11. maria
et martha impetrant vitam lazaro
corporaliter mortuo. Et marci 9. mat.
9. luce 7. et 8. Si nunc valet ad
sanitatem corporis multo fortius
ad sanitatem animarum. Valet eciam
vivis oraciones illorum qui ab hac
vita migraverunt ut 2 mach. 15.
14. ubi dicitur Iheremias hic est fratrum
amator et populi israel hic est qui
multum orat pro populo et pro universa ci-
vitate sancta. Item angelus offert
oraciones fidelium deo thobie 12.
Ad idem Apoc. 6. et 8. Vidi sub altare
interfectorum propter verbum dei et testimonium
quod habebant et clamabant voce magna di-
centes usque quo domine sanctus et verus non
iudicas et non vindicas sangui-
nem nostrum. Si sancti interfecti orant

pro iniuria in ipsos multo forcius
videtur quia pro dei clemencia in electos
Item luce 16 divites dampnatus ora-
bat pro fratribus qui erant in hac
vita. Unde patet quia si amor carnalis
movebat ad orandum pro aliena sa-
lute, multo forcius caritas mo-
vet illum qui est in gloria, in quo
tamen iam accensa est caritas
ad orandum pro aliena salute. Unde
et katholica ecclesia interpellat ad
eos ut igitur quod orent pro nobis. Et
dicitur in libro [illegible] et non [illegible] 1 q. 1
ecclesia. Extra catholicam ecclesiam non
est locus veri sacrificii. Et 32 q. 1
c. Si autem quod in una domo agni
hostia percipitur, comedi nec extra
foris inde efferri. Exo. 12. Et
quod in una catholica ecclesia vera hos-
tia redemptoris immolatur. 24 q.
1 quod [illegible] scisma et scismaticis dam-
natis prohibetur. Cap. 1 quod ut
dicit gregorius unus idemque spiritus sanctus
in tota ecclesia invisibiliter eam vivi-
ficat operando sanctificat et sanctificando
benedicit. Et est contra grecos ar-
menos et alias naciones que non
sunt in ecclesie unitate, licet sint
in multis nobiscum. De quibus dicitur q.
non in nobis. *Quare oportet
esse in ecclesia unum verum et summum
sacerdotem*

Idem ipse sacerdos tota quasi [illegible]
una est ecclesia omnium congregacio
electorum. Ita et unum oportet esse
sacerdotem verum et summum in
ea. Hebr. 7 et 2. 1. Cristus autem pro
nobis suscepit officia quibus-
cumque humanum genus indige-
bat scilicet sacerdotis, advocati, media-
toris et medici. Que officia exercentur
in missa. Et ideo necesse est ut Cristus
in eo quod sacerdos ad missam veniat
sanctificator et sacramentator in
ea officium impleturus. Non enim est
sacerdos nisi in eo quod est homo

et in forma hominis. Necesse est igitur ipsum
interesse misse in eo quod est homo
et in forma humana. Eodem modo in
eo quod advocatus, mediator et
medicus. Et non ceteris hominibus post
quos missarum ad ista etc. pro-
feruntur. Inequalis enim pro quo
aliquid coram petitur sanctificate
ut sacerdos et ut hostia et
interpellacio ut advocatus et
iusticia et mederi ut medicus
et pascere ut dapifer et ista
mediatoris est officium inquantum
mediator, et sic dicitur tota mis-
sa est pro officium [illegible]. Et ideo necesse
est interesse et ista officia adim-
plere in missa. Item quod idem ipse sa-
cerdos est sacrificium ideo [illegible]
ut hic dicitur. [illegible] De quibus dicitur 2
quod corpus sacerdos. Idem ipse sa-
cerdos est sacrificium hostia
et precium reconciliacionis nunc qui
oblatus est non [illegible] sed deo patri
in ara crucis pro omnibus hominibus
quantum ad precii sufficienciam, sed pro
electis tantum quantum ad efficienciam. De
quibus dicitur 2. Semel immolatus. Idem
ipse summus et minimus ipse convi-
vens conmeditur. De quibus dicitur 2.
Non moyses invitat. Aug. Item cum
sedes in terra turba circumstans
quodcumque sic gerit in manibus
se cibat ipse cibus. Vel idem ipse
sacerdos est sacrificium. Sacerdos
et in spiritu sacrificium et in carne.
Idem ipse offert se ipsum et fit sic
sacrificium et sacerdos. Quanto igitur maior
est sacerdos et maior oblacio
tanto maior invenitur est sanctificacio.
Sacrificium quod offertur et consecratur
a sacerdote est sacrificium et oblacio
que est memoria et representacio veri
sacrificii et sancte immolacionis facte
in ara crucis pro nobis, ut
nos moveamur interius ac si
videamus dominum mori pro nobis

in cruce. de con. di. 2. Semel immolatur in fine. Dicitur autem sacrificium quasi sacrum factum quia prece mistica consecratur pro nobis in memoriam passionis ut dicit Ysidorus 6° ethimologiarum.

Quid sit sacrificium

Est sacrificium. Sacrificium quod proprie et stricte est munus deo immediate oblatum protestationis eius imperii sui ut deus habetur principaliter attestandum quod ab eo petitur. Propter quod quia eo posito ponitur illud propter quod est sacrificium scilicet dei protestatio. Hinc dicitur quod propter alias conditiones oblata deo facta que quandoque dicuntur sacrificia non tamen proprie sacrificia sunt. Item sacrificium est oblatio que sacra fit offerendo et sacrat sive sanctificat offerentem et illum pro quo offertur nisi hoc irreverentia vel aliud peccatum impediat offerentis. Quia non hereticus sacrificium impugnat. Nota causas sive utilitates propter quas deus sacrificia sibi offerri voluit in veteri testamento. Prima est dei honorificencia. Sic enim honorabatur deus dum quod ipse elegerat instituerat et accepta habebat homines ei obedientes et devote offerebant. Secunda erat iusticie fortis impressio. Per hoc quod enim sacrificia quibus recognoscebat homo dei iusticia mortuo peccatorum suorum sibi mortem imminere sed in illis animalibus per dei misericordiam liberari. Et ita erant ad instructionem et erudicionem ut in sacrificiis ipsis legerent quod se met ipsos deo placarent. Tercia divine beneficencie recognicio et spiritualis capitatio cum erant eis materia et occasio divine misericordie. Deut. 26 Profiteor hodie coram domino. Quarta offerencium sanctificatio. Quia per hoc quod sacrificia a patribus mandabantur homo dei unitus. Quinta familiaritas ad deum quia participatio sacre mense de familia dei efficit participantes. Quia de eius familia dicuntur esse quibus a suo pascuntur et de cuius mensa vivunt. Commensalitas enim maxime efficax est familiaritatis. Propter quod deus mittebat ignem de celo qui partem sacrificiorum comederet quasi vice ipsius. Sexta adunatio sive unio populi dei quia sicut una familia localis facit civitatem victualium sic una familia spiritualis quo ciborum spiritualium. Septima attencio retencio et conservacio populi in cultu divino. Voluit enim deus ut in ~~cultu suo~~ domo sua esset civitas sibi spiritualis corporalis et potus ut civitas populi sui per hoc attraheretur detineretur et conservaretur ubi fieret refectio necessaria cibo et potu. Voluit illa sacrificia ut populus non tam sua sed tamquam dei dona nec tamquam communia sed tamquam sacra sumeret. Et sic ad sacrorum communionem ad missam videmus ab omnibus abstinet. Octava sustentatio sacerdotum. Hic enim virorum divino cultui et erudicioni populi vacancium quos duobus officium ut libere vacarent liberos esse oportuit a sollicitudine acquirendi victus. Illud autem notandum quod per hec fuerunt alii a principio qui deum cognoscerent et colerent certo ritu sive vel a prioribus didicerunt vel divina revelatione vel propria prudencia invenerant ut de Abel et Cayn Gen. 4 de Melchisedech qui fuit sacerdos dei altissimi et panem et vinum obtulit Gen. 14. Licet ritus alius sui sacrificii non legatur. Hebr. 7. 1. Item Abraham placuit deo sacrificando Gen. 17. Item Job qui non erat de gente Hebreorum offerendo sacrificia quesivit a deo Job primo. Et hoc intelligo de cultu sacrificiorum

corporum. Sed oblationum melior
aut cultus qui consistit in purita
te et devotione mentis omni tempore
fuit notus. Et propter hoc iudei pro
illis qui detraxerunt sacrificiis
que fiebant in lege que propter
ruditatem et novitatem fuerunt
populo iudaico qui nondum erat
capax sublimioris et divinioris
cultus conveniunt. Unde unum est quod ru
dibus et novitiis perfecta non ab
initio traduntur sed primo minima
quedam et levia et animo non gravia
quia in scola doctrine et in scola
virtutum paulatim proficitur ad ma
iora. Traditiones autem propheticorum [illegible]
valentes debent esse perfectis. Unde
aut proficiebat sacra eruditione
populus ille sic minora eidem
gradatim imponenda erant et
ideo doctrine legis successit
doctrina prophetarum et tandem perfecta
evangelica ultra quam non est per
fectio sanctitatis. Et ideo in adventu
eius quia predicta sunt venit media
que sufficiunt Heb. 7. 9. Et nota
quod sacrificia significabant peccata. 2 Cor.
5. Ipsum qui non noverat peccatum. Ro.
8. De peccato dampnavit peccatum. Et
2 Cor. 5. Eum qui non noverat
peccatum pro nobis fecit peccatum deus
pater. Et ideo crematio sive combustio
sacrificiorum et consumptio atque mors
morte et consumptione significabat
et efficiebat peccatorum. Et qui ea
immolabat facto vel verbo ut creditur
sic dicebat: sicut moriuntur et consumuntur
ista sic moriantur et consumantur
peccata pro quibus illa offeruntur. Et hoc
comprobat littera legis. Vel significabat
ipsos offerentes et hec debebat
esse offertorium intentio mortis sive
tremenda quia patiuntur hec animalia
supplicium meruisse me fateor
et per hec sacrificia veniam inde
peto. Sunt intentos valde congrue
sacrificiis que offerebantur pro peccato

et pro delicto. Et nota quod licet peccata
sint in cordibus hominum tamen tam
portant mori et consumi dicuntur
in aliis vel aliis sacrificiis sicut
quod aliquid scribi vel depingi
tur nomine eius vel figura
scribitur vel pingitur et sic signum
ibi fuit quod veritate. Hoc autem
notandum quod omnia ista sacrificia signi
ficabant corpus quod fuit verum
sacrificium in ara crucis patri
immolatum pro salute humani generis
et reconciliatione totius mundi obla
tum quo oblato carnalia sacrificia
cessaverunt. Quia revelata veritate
et instructo dei populo venientes
inutilia remanserunt. Heb. 9.
Iusticiis carnis usque ad tempus
correctionis impositis. Item quare
deus elegit sibi in lege offerri
de quadrupedibus oves boves
et capras in utroque sexu. Unde
quia licet sint magis vera victima
humano et apud antiquos preces
magis comedebat. Ideo in hiis
quibus magis utebantur magis
voluit participari et communiori homine
cum eis et de quibus largior erat
beneficentia dei erga illos de il
lis voluit sibi maiorem recognitionem
significari et honorificentius offerri.
Sunt ista inter alia sunt mansue
tissima et minori rebellione suf
finent mortem et non minori periculo
accidentium. Sed causa interfectionum
hominis animalium magis erant assue
ti quia eis magis utebantur. Et
quia magis familiaris hominibus
non ea voluit familiaria esse sibi
in sacrificiis honoris sui et cultus.
Sunt inter quadrupedia ista sunt
mundiora quia et mundis pascuntur
et corpore etiam mundicie sunt
munde et fructuose. Sed ista sunt
que fiunt totaliter utilitati ho
minis. Sed et vivunt et sine quibus
avis homines vivere possunt
sine omnibus aliis possunt. Hec

l animalia sola et solas fruges sibi
deus voluit primo offerri. Item
e. De volatilibus elegit sibi deus
offerri turturem et columbam quia
per turturem castitas vel vidualis
per columbam coniugalis castitas
signatur. sua consibilium a volati-
lium deus esse voluit mundum
mansuetum et utile. f. In quo eos
instruxit quales esse debeant
qui in sorte eius essent indi-
cauit. Et non quia deus precepit
in omni sacrificio apponi sal et
vocauit illud sal federis Leui-
tici 2o. quia in solis sacrificiis dei
ponebatur. et non in sacrificiis
ydolorum g. Mel vero apponi prohi-
buit quia ponebatur in sacrificiis
ydolorum Leuitici 2o. Animal vero
h. offerendum precepit esse absque ma-
cula sui corporis ut nullo membro
careret nec in membro vicium haberet
et hoc propter honorem dei. Nam licet
primo sanguinem hostiarum fundi
iussit et numquam comedi contra
consuetudinem ydolatrie. quia non
solum in sanguine animalium sed et filiorum
demoniis ymolabant. propter illud
psalmi. effuderunt sanguinem inno-
centem filiorum suorum quas sacri-
ficauerunt. Et hac oblacione deos
auctores et conseruatores vite sue
confitebantur qua feritate ydola-
trie eo plus debent abhor-
rere quo maior subieccio et
districcior seruitus eius cibos
sibi imponebatur. Et eo ipso
deberet esse illis horrori dii per
odibiles quia nutrimentum et sus-
tentacionem vite que est in sanguine
dii horrori ydolatre sitiunt et quia
hoc in morte sibi seruicium vi-
debantur intendere. Hec et fuit causa
quare prohibitum est comedere cap-
tum a bestia vel suffocatum. Secundum

Item assumpcio sanguinis et quod suffo-
catus modus quidam fuit demoni-
bus ymolandi. Ex quo aut legitur
sanguis pro anima est intelligendum quan-
tum ad ydolatriam tamen non animas fu-
as non posset dare ad comeden-
dum vel bibendum demonibus salua
vita corporis dabant quod habebant
quasi vitam animam et demones
sanguine habebat pro anima ymolatus
et hoc est dicere quia anima omnis vel san-
guis pro anima est ac si diceret sanguis
ymolatus pro anima est offerendus et
anima est in sanguine quia in eo comede-
batur et bibebatur sanguis a ipso
i. dyabolo cui ymolabatur. Ex quo aut sibi
retinuit deus adipem omnium sacri-
ficiorum et renes ac ventriculos
causa fuit vitanda ydolatrie De
Deutronomii 32. De quorum victimis
comedebant et bibebant vinum. Et ut
in sacrificiis deprauaretur gule et
ebrietas seruaret. Et ut deus
pinguiores oblaciones honoraret
pectusculum aut et armum dextrum
sibi retinuit ad vitandam ydolatriam
diuinacionis in spatula minima que
scapuldir begin nuncupatur nec in
pectoribus et spatulis possent. No-
k. tandum aut quod mortificatos sine
mactatos vel combustos animalium
vel corpora per quibus offerebantur etiam ipsa
virtute ad eundem ... a peccatis vel
ad gratie acquisitionem nunquam cum
aperit in deceptorem. vel aut prius
nisi aut placatori suo seu famoso
donatur. mortificatio aut animalium
in se placatorem non habet habent
deum sed ipse dicit nunquid manduca-
bo carnes taurorum psalmus. Non
enim habet quod placatur nisi utili-
tate ad reficiendum vel suauita-
te ad delectandum vel prositate
ad ditandum vel pulcritudine
ad ornandum. Et hec non sunt

sacramentum non in parabolis sed palam
christus loquebatur apostolis unde Ioh.
16. Et ita patet quod hoc est ad litteram
intelligendum scilicet quod ibi continetur verum christi
corpus et ideo bene dicitur vacit contra

Et non quasi altitudo celestis consilij
apte disposuit ut sicut tres sunt
in unitate substancie pater filius et spiritus sanctus ita
tres essent substancie in unitate persone
E. scilicet diuinitas corpus et anima christi
in persona christi nam diuina essencia
mediis consistat in omnibus per essen-
ciam in iustis per graciam in homine
assumpto per unionem. Voluit ut idem
ipse christus in humana natura sic modo
consistet. scilicet localiter in celo. perso-
naliter in verbo sacramentaliter in altari
dicitur non christus diuinitate tocius essen-
cialiter est in omnibus ubique ita christus
humanitate tocius sacramentaliter est in pluribus
locis de quo sic dicitur 2 qui manducat
me singuli non in se per hoc mi-
nuitur vel mutatur sed non vero in
longinquo regionem abiit et tenet
et sum. Per hoc non relinquit Sic dei
filius venit in regnum mundi ve-
nit et in altari non per hoc deserit
regnum celi. quia sicut ab alto sol des-
cendit ad terram. sic sol verus ipse
christus qui illuminat oculos hominum veni-
entem in hunc mundum. Venit in ute-
rum virginis. Venit cottidie in
altari ecclesie non relinquens non
minoratur in aliquo non mutatur.
F. Illud autem notandum quod ad hoc quod corpus
christi sit in multis locis tres sunt
cause. Vna est nostra necessitas per
quam indigemus viatico in multis
locis cum membra fidelium sint dis-
persa per mundum Alia causa per quam or-
dinatur ad hoc et hec dicitur [illegible] vna
est per quam disponitur et sit vole-
re hec est vnio vnitiua consistencia
sacramentali et hoc non quasi vnitiua est
diuine ut vel corpus sub sacramento
est non disposicio consistendi in plu-
ribus locis. sed vnio non est
hec potestas de qua sic dicitur 2 quid sit
sanguis Tercia autem est causa
per quam reducitur ad actum per consequ-
enciam et confirmandum mediatoris
nostri ihesu christi cui debetur locus
suprema per se quia excellit omnem
creaturam et per necessitatem nostram
conuenit ei esse in pluribus locis
et ex eo quod vna conuenit potestate et
virtute transsubstanciandi panem in corpus
hec potestas reducitur in actum cum
per vna in diuersis locis consecratur et
sic per virtutem sacramenti est corpus
christi in multis locis. quia tanta virtus
data est illis verbis et est eis iuncta
ut dum dicuntur virtus diuina effi-
ciat transsubstanciacionem Vnde tamen illa non
sunt per se ad esse in multis locis
sed ad consecracionem. et ex consequenti autem
sed ad esse in multis locis per eo
quod est transsubstanciacionem panis in corpus
conueniunt in tot locis esse in quot
sit consecracio. et est pluralitas a parte
illorum que conuertuntur. non in quod
conuertitur Tercia causa per quam fit
hoc quod corpus christi sit in multis
locis est deus qui ad nostram vti-
litatem intendens ostendit suam
potenciam in eo quod super naturam et
super omnium operatur. ostendit et suam sa-
pienciam quia super intellectum facit modum
consistendi vel essendi. ostendit eciam
suam bonitatem. quia vbique ostendit
et offert suam graciam per mediato-
rem christum. et per hoc patet solucio ad
G. multa Item notandum consistencie in vni-
tate eadem que est quasi est in modo
consistencie in quolibet sacramento altaris
ita tamen quod totum corpus respondet
toti speciei et non per partem partis sed totum
corpus est in toto et non per partes in
parte. quia corpus christi non refertur
ad species ut quantum vel sicut locatum
ad locum vel mensuratum ad men-
suram sed sicut signatum ad signum
in quo consistere. et ideo sicut eadem sit vo-
signum in toto et in partibus eodem
modo est in partibus et in toto. eodem
modo est in partibus. quia tota vocem
signum mouet sub qualibet parte

Cum patet quod in sacramento non est localiter ut
peractus sicut sacramentaliter sed duplex est. Et
nota quod species comparantur ad corpus
racione signi, ad motum racione localis,
ad fractionem racione quanti. Secundo notandum
species moventur corpus quoad accidens sa-
cramento, ergo eo quod id quod est signum
movetur non tamen in se ipsum signum unum
non sequitur quia sunt contigua vel continua
quod signum ad signatum unde non est conti-
nuato vel contigua. Et vacit
continetur non quod contineri ut esse in loco
dicitur aliquid circumscriptive aliquid diffi-
nitive aliquid repletive. Circumscrip-
tive ut omne corpus unum locus
ut Damascenus corporalis finibus eius
est quod continet et in illud quod continetur
diffinitive ut omnes spiritus racionalis
qui licet non circumscriptibiliter loco di-
mensionato diffinitur tamen in illo
quod ita est hic quod non alibi. Reple-
tive ut deus, quia qui non circumscribi-
tur sit simplex indimensionabilis
nec diffinitur loco cum sit infi-
nitus, sed est in omni loco replens
illum, et ideo deus dicitur esse in loco
quia replet locum. Loci non est alo-
cato repleri. Cum igitur omnibus tamen
continetur alicubi circumscriptive vel
diffinitive, creator vero neutro
modo, mediatoris corpus dicitur sicud
congruit utrisque partibus racione con-
dicionis ut non alicubi tamen sit sed
prius tamen nec ubique sed ~~tamen~~
creatori in eo quod non est ubique te-
neat condicionem creature, in eo quod non
est alicubi tamen sequatur condicionem cre-
atoris. Hoc non ergo convenit dei
advenit corpori Christi ut non ali-
cubi ita contineatur quin alibi ~~sit~~
possit esse. Licet igitur in celo sit in
ipso loco contentus in sacramento tamen non
in uno loco tamen continetur quo minus
possit esse in locis infinitis se-
cundum quod sui possibile est et competit
naturam et condicionem infinite virtu-
ti est unita.

Qualiter contineatur corpus Christi sub forma panis et vini ostenditur per exempla.

B.

Continetur sub utraque specie
panis et vini corpus
continetur totaliter non circum-
scriptibiliter. Sicut corpus Christi continetur
latens sub forma panis et vini
sic latuit in utero virginali. Si-
cut filius dei latuit sub for-
ma humana latere potuit sub hac
forma. Sicud enim sub humanitate
latuit divinitas, ita sub forma
panis latet humanitas. Et
sic divinitas sine velamine non
potuit nobis apparere, ita glori-
ficata humanitas sub alia forma
non potuit apparere propter
infirmitatem nostram. Ysaie: vere tu
es deus absconditus deus
israel salvator. Et 1 Cor. 2: lo-
quimur dei sapientiam in misterio
que abscondita est quam nemo
principum huius seculi cognovit.
Continetur igitur ibi verum corpus
Christi absconditum quasi sub vestimen-
to et pallio celi. Ysaie 19. Et sicut
infans sub pannis involutus
Luce 2. Et sicut sub specie peregrini Luce
ultimo. Et sicut sub specie ortulani
Joh. 20. Et vacit continetur cor-
pus Christi sub speciebus panis et vini
sicut continebatur sub sindone in
sepulcro Mathei penultimo. Et sicut con-
tinebatur Ninive sub sacco et
cinere Jone 3. Et sicut frumentum
et ciphus et pecunia in saccis Gen.
42. Et sicut continetur elemosina vel
capcio redempcio abscondita
in bursa Proverbiorum 7. Secundo sacculum
pecunie secum tulit per hoc redemp-
cionem misit dominus populo suo. Psalmo
i°. Joh. 6. qui manducat me.
Et sicut medicina sub nebula
et vino. quia ut dicitur antique
pualicatos vinum enomet

xpus seipsum fecit humano generi medicinam prov. i. Joh. 6. qui manducat me vivet propter me. Eccli. 38. altissimus de terra creavit medicinam. 3 Regum 8. Dominus dixit ut habitaret in nebula. Eccli. 43. medicina omnium in festinatione nebule.

C. Est vacat continue. Dicitur utrum sit ibi naturaliter aut artificialiter aut miraculose. quia autem ibi non sit naturaliter vel artificialiter patet quia non potest ibi esse nisi quod potest ibi fieri sed non potest ibi fieri naturaliter vel artificialiter quia in omni transmutatione naturali vel artificiali materia manet in transmutatis. hic autem materia transmutatur. ergo non est ibi.

D. Si dicatur quod est ibi miraculose tunc miraculum est quoddam arduum et insolitum quod super spem et facultatem admirantis apparet. sed hic non apparet ibi esse corpus Christi immo est occultissimum. ergo non est ibi miraculose. Respondeo quod est ibi miraculose et apparet ibi mutatio miraculosa ex auditu. quia fides ex auditu et ex fide visus interior. quia fides est argumentum non apparentium. et quidem visio est considerandam super naturale virtute dei quia secundum valis condicionem condicat auctorem ut in verbis. Est fides super naturale auctoritate in hiis que sunt supra naturam credat. et ad hoc dirigitur intellectus ut auctorem supernaturale credat. Potest et dici quod hec mutatio miraculosa apparet per multa miracula de quibus dicetur infra.

E. Est continue. Si queratur quomodo in tam parvo loco et sub tam parva forma continetur illud corpus tam gloriosum. Respondeo quod omnipotenti virtuti dei nichil impossibile vel difficile. sed ad intuenda divinitatis archana mens nostra caligat tamen omni penitus momento tenebrarum caligatione publice predestit. Potest et dici quod cum corpus Christi iam glorificatum sit tante subtilitatis quod non facit distantiam aeris ad aerem. sed corpus non glorificatum et ideo potest latere in parvo loco. Est cum constet et ut videmus nunc quod species corporis non glorificati mediante virtute visiva per foramen strictissimum ad pupillam oculi deportentur. non est dubitandum quin corpus domini glorificatum virtute divina ad fidei oculum deportetur in cuba sacro. cum corpus glorificatum incomparabiliter sit subtilius quam corpus non glorificatum et intuitus fidei penetrabilior quam oculi corporis et facilius ad credendum quam foramen aliquod ad videndum. Respondeo creditur potest per prophetas nostros adlectiorum et aliorum infidelium errores improbos confutados. quia sicut tam in obscuro loco et tam parvo tanta claritas. sicut in tam parvo utero virginis tanta maiestas. sicut in tam parvo lapide precioso tanta virtus. sicut in tam parvo corpore regis imperatoris vel pape tanta potestas. sicut in tam parvo speculo tam magnarum et multarum rerum diversitas. sicut in tam parvis et paucis literis magnus nobis deus sit significatus. sicut in tam parvis signis continue vacat tam significatio et videtur et facium. sicut sensus manens in loco per locum videtur.

F. Et non quod sicut miraculose tam magnum corpus sub tam parva forma continetur. Ita miraculose totum corpus in singulis partibus continetur. totum in magno totum in parvo totum in integro totum in fracto de cons. di. 2. Singuli. Sicut in speculo dum est integrum una tantum in speciei apparet imago sed eo fracto tot apparent imagines

a quot sunt in illo fractione. Sed in qua
re fiat fractio docet Aug(ustinus) de
cons. d. 2. Cum manducatur invitat. quia
corpus manducatur reficit non deficit.
nec quia manducatur partes de illo
facimus. Et quid in sacramento sic fit
species non panis frangitur sed corpus
Christi vivum totum editur in singulis
remanet tamen integrum et cetera. Ita
que non sunt corruptibiles species ad
formam panis. Ea vero que notat
acceptis ad corpus Christi. dividi(tur) ac
species panis non quod ibi sit sed quia
ibi fuit. De cons. d. 2. Omnia. Sicud
dicebatur Symon leprosus non aliis
consistet sed qualis consistebat. Ait
b 26. Tu putas ad nos ibi figuras
proxima corruptibilis tibi filio
sed quando ad se non admittit invi-
olabilis corporis veritate species
quas corrodit et maculat. sed
veritas nunquam corrumpitur neque inquinatur.
De cons. d. 2. Cum vero per ea quid
hic videris noli timere sibi sed
esto sollicitus tibi ne forte redda-
ris si male acceperis. Sed quaeritur
ubi sit species illa. Potest dici quod in aere
sed species creata et in aere quando
angelus in homine apparet. Contra here-
ticos qui non credunt transsubstanciacionem

Transsubstanciatis pane in corpus
Contra hereticos qui non credunt
transsubstanciacionem Cum ergo ait 26. Cena-
ntibus illis et cetera. Mar. 14. Sed contra hereticos
qui dicunt quod dedit panem male
ad quemdam et dixit corpus suum
Nota quod prius apta facit de-
monstracionem eius quod dominus accepit
et sua benediccione acceptum sanctifica-
vit fregit et fractum dedit dis-
cipulis suis. Et quod ita sit patet
quod de alio non fit demonstracio nisi
de quo fit mencio sed non fit men-
cio nisi de pane accepto benedicto
fracto et dato discipulis ergo male

dicit hereticus quod aliud dedit et aliud
demonstravit. Item talis demonstracio
inutilis esset et vana. quia nullatenus ap-
parebat corpus eius sub specie
ipsa. absit autem quod Christus aliquid
faceret inutiliter et vanum quantum in
ipso est. Preterea cur cum tacu-
isset actus illos in tam magno
sacramento tum alios actus expresserit
diligenter. Item non quod ab inicio se-
sumit hoc est corpus meum. primo dicit
sumite. deinde hoc est corpus meum
sed quasi hoc nisi ut significaret
quod dabat eis corpus suum et non
aliud nisi quod ex eo quod dicit Joh. 6°
panis quem ego dabo caro
mea est pro mundi vita. Sed ac
de ipso corpore suo intelligitur patet
per adiunctum cum dicitur quod pro vobis
traditur. Luce 22. Sicud ergo
corpus Christi vere tradebatur ita
vere demonstrabatur non in figura
que iam cessavit sed in veritate
que iam advenerat. Et ut non fi-
gurate sed vere intelligatur dixit
Joh. 6. Amen amen dico vobis
id est in veritate nisi manducaveritis
carnem etc. Ad maiorem certe ve-
ritatis expressionem addidit caro
mea vere est cibus. Veritas hoc
dixit et ideo verum est omnino quod dixit.
Item quod non facit demonstracio nisi eius
quod porrigebat Christus ex eo patet quod
sequitur et accipiens calicem gratias agens
dedit discipulis suis dicens bibite ex hoc
omnes hic est sanguis meus et cetera
idem Luce 22. Hic calix novi
testamenti est in meo sanguine id est hic sanguis
in calice contentus est confirmacio
novi testamenti. Item idem 1. Cor.
11. Quicumque manducaverit panem et biberit calicem
indigne reus erit. Idem patet sequitur
Probet se ipsum et sic de pane illo edat et de calice bi-
bat qui enim manducat indigne iudicium sibi manducat.
Hiis verbis apostolus manifestat pa-
nem et vinum transsubstanciari in corpus
et sanguinem Christi. De isto errore hec.

vdo bu

de cons. d. 2. Forte quis primo hesit(at)
Illud autem nouum quod que sunt de for-
mis sacri sunt contra rationem scripture
supra vel contra ad speciem vel contra
ad fines. Et licitum est eorum inter-
pretari et supplere et complanare for-
tam secundum rationem. c. de celo mis-
sum matthie. Set turbatus nota
fidem heretici qui non credunt trans-
substantiationem. Deus limum terre trans-
substantiavit in hominem et costam ade in fe-
minam. Gen. 2. Et uxorem loth eius
mutavit in statuam. Gen. 19. Et
aquam convertit christus in vinum
Ioh. 2. Set moyses virgam in colu-
brum et eam in virgam Exo. 4. et aquas
in sanguinem. Exo. 7. Set ipse diabolus
fatetur quod potest christus lapides panes
fieri. Mt. 4. Set iohannes evangelista
convertit virgas in aurum et lapides
in gemmas ut legitur in vita eius.
Maior non est vis benedictionis prophe-
tarum quam benedictio que ipsam naturam
mutat sicut probat Ambrosius prima
parte de cons. d. 2. Contra ad ple-
nius. Quid inquit mirum est
in orbe elementis. In terra contra
ad semina herbarum et arborum. Ubi
attende quam admirabilis conversio se-
minis in arborem vel herbam et
cetera que sequuntur. Set in aqua
ac contra ad ova piscium et anima-
lium. propria incubatione animalium et
appetitu fructuum ova in aves
convertuntur. In igne contra fusione
metallorum. quare herbe et arbo-
res in cinerem. cineres in vitrum
lapides in metalla. Iob 28. la-
pis calore solutus in es vertitur. Set
maior est virtus verbi salvatoris
quam stomachus hominis. Si ille mu-
tat frumentum et paleam in carnem
et ossa quanto multo fortius
per verbum salvatoris mutatur
panis et vinum in carnem et sanguinem. Item
stomachus hominis cottidie
mutat panem et vinum in carnem
et sanguinem. quid ergo mirum si hoc

faciat verbum dei. Erubescat igitur in-
fideles negare posse creatorem
facere quod videmus per quosdam creaturas.
Item transsubstantiatione non cui hec trans-
substantiatio incredibilis videatur pro eo quod
eadem remanent accidentia. attendat
quantum homo per sacrum baptismum totus
mutatur interius manentibus ex-
terioribus accidentibus. quod in oculo fidei
tamen et non oculo corporis potest videri
ita in exteriori non est additio vel
diminutio et tamen homo totus interius
est mutatus. Unde de filio predicatoris
factus est filius dei adoptivus non
ergo miretur si in sacro eukaristie
ad verbum dei totum mutetur interius
licet in exterioribus non mutetur.
de cons. d. 2. Cum corpus christi. Aliud
idem patet in pluribus similitudinibus quia
quando aliquis vilis assumitur
in regem vel imperatorem vel episcopum
vel in papam nichil per mutatur
exterius in eius corpore. Una et
eadem remanet figura corporis eius
dispositiones eadem accidentia. licet interius
sit omnino mutatus. Set cum peccator
per penitentiam fit iustus vel iniustus per
mortale peccatum efficitur peccator. cum
iudeus vel sarracenus fit paganus
aut hereticus fit katholicus vel
econverso per mutationes quasdam non
mutatur dispositiones corporis vel
accidentia exterius sed omnino remanent
sed anima licet homo interius omnino mu-
tatur. Item transsubstantiatur panis in cor-
pus christi sed dicit Ambrosius panis usita-
tus est in altari ante verba sacra ubi
non accedit consecratio de pane
fit corpus christi. In tanta vis est
in sermone domini ut faciat esse que
non erant quanto magis operativus
est ut que sunt in aliud commutentur
quam primo quod creatura mutatur
et sic ex pane fit corpus christi. Et vinum
cum aqua in calice mixtum fit
sanguis consecratione celesti obi
sed de plenius de cons. d. 2. panis
est ... Augustinus sed de ...
per speciem ... eadem verbi sunt totum

catur. Ita per eundem verba panis et vini in corpus et sanguinem Christi consecrantur. de cons. di. 2. utrum. Et hoc est quod veridica fides in hoc sacro docet et predicat. scilicet quod panis cottidie transit in corpus Christi illa divina virtute qua virgo caro facta fuit et conditur in nobis. Iohannes primo. quia dixit et facta sunt omnia et cetera fit unius. Ibi. Item transsubstantiationis. Hec transsubstantiatio fit ad verba illa que continet ipsius Christi instituit velud instrumentum conficiendi. ad quorum prolationem vite statim panis transsubstantiatur in corpus et vinum in sanguinem. de cons. di. 2. revera utrum. Et licet alicubi quandoque missa vite celebratur. Quamvis fiat transsubstantiatio non tamen crescit corpus Christi nec prius manducatus decrescit. de cons. di. 2. qui manducat. Sicut vidua sareptana cottidie comedebat et numquam minuebatur farina de ydria nec oleum de lechito. 3 regum 17. Sic ubilibet communicando cottidie sumitur et numquam consumitur carnem et sanguinem ihesu christi quia non de pane vel vino materialiter formatur caro vel sanguis sed materia panis et vini transsubstantiantur in corpus et sanguinem ihesu christi. Et sic credimus quod panis materialis atque visibilis adveniente pane vivifico velud creatori honore descensus locum suum ei relinquit et formam visibilem sacramentali servicio et ministerio. Ipsius enim verba panis et vini vel in permanente manent in speciebus vel accidentibus. Et hec est intentio illius transsubstantiationis transeuntis. scilicet panis scilicet materialis atque visibilis ob adventum vivifici panis salvata forma id est veritate accidentium et spectatum naturalium ut est sapor odor pondus color quantitas et figura ad misterium sacri misterii ad gustus fidei consuffragium. ut sic cedat ita miraculo et virtus super consuetudinem operatur. Christus de cele. mis. cum marthe. Si. Pretia. Sit autem verbum mirabilibus fide probant

sta mirabiliora attende quod incomparabiliter maius est quod deus ita factus est homo quod non desiit esse deus. quam quod panis ita fit caro quod desiit esse panis. et longe maius est quando est de nichilo creatur. quam quod est in aliud transmutatur. de cons. di. 2. revera. Multum autem sacramento miraculum vincit naturam et legi detrahit dispensatio et ideo magis venerandum quam discuciendum. nam credere iubemur. discutere prohibemur. quia perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. pro. 25. quia misterium fidei credi salubriter potest. investigari non potest. et ideo ea que possent circa hunc articulum inquiri melius est intacta relinquere quam temere diffinire nam bestia que tetigerit montem lapidabitur. exo. 19. hebr. 12. et melius est in talibus circa vos subsistere quam ultra vos excedere ne forte quod absit ossa regis ydumee in cinerem redigantur. Amos 2o. Non enim deus querens nam in gloria neque consuetudinem in miraculo. Per predicta responsum est obiectionibus hereticorum qui negant corpus Christi esse in altari nec posse converti panem et vinum in carnem et sanguinem ihesu christi. Invidendo dicentes quibus audeat manducare dominum suum. quibus et audeat dicere formari cottidie corpus domini nostri vel verba que non fuit caro virginis.

Item transsubstantiationis diversimode queritur quomodo fiat transsubstantiatio. Concedit quidam quod quando deus est totum. totum est fenum. quia non potest estimari [?] ... Alii dicunt quod ad prolationem illorum verborum hoc est enim corpus meum panis mutatur in corpus et ad prolationem hic est sanguis meus vinum mutatur in sanguinem. unde numquam tamen christi corpus est sine sanguine nec sanguis sine corpore sed neutrum est sine anima. Alii dicunt quod prius tunc conficit 8.

S. et tussbavit qn benedixit. Si aut
querat quid sacdos denuat cu
va illa denunciat qz no vitr qi pa
ne cu panis no sit corpus xpi. vel
corpus xpi cu nond sit ibi. Respondeo
qd sacdos vel denuat cu illis
vbis no vitii denunciatr s; ve
ritatis. sed cu dr ego su vitis
va. ego su lux mundi et similia
vel pt intelligi 2m pdcam. Secundo
vbi cu vider agi de vno agitr
de diuis ut cum benedixit pane fre
git. illud benedixit et fregit de
dit forma dedit corpus. Eodem mo
cu dr manducate ex hoc omnes
pro porcione hec denuat integro
corporis. oppo tunit formam
diuisa ut sit sensus quiedite cor
pus integro sub forma diuisa
na sola forma per ptes diuiditr
et totu corpus integro mandu
catr. Similiter non pt intelligi
qd sumpsit hoc e corpus meum
i. illud qd pbeo in hac forma
Vel dic qd e ibi denuacio ad in
tellcm de re pnte futura que no
subiacet sensui. et e sensus
hoc qd erit hic stati e corpus meum
Ad sc dicem hic e amicus meus
denuans pnte fuerit vel venerit
S. vel recente. Ad tussbatis. Ad
tussbacio e amissio spec et acquisicio
et acquisicio eius in no hec. Ad
tussbacio pnte gra e corrupcio
2m qd de ea intelligit pcepcus na
lis in corrupcione vel pcemtis oia
destruunt pt primo qd e na
Ad tussbacione nichil omo rema
net de pane nali pt illud sed
S. actiuu senslbus sslis forma 2g
est qd fides credit et docet s.
sub forma panis nalis et vislis
p9 benediccom sacdotalem vite sta
apponitr panis vite et sub forma
vini vislis et potus vite 2 vl
remanet ibi panis vel vini cor
palis dr optime e mensa altaris
totu qd qi anime cor vel sit p.

Q. parato e sy pparatoriu ad spuale
refectoz et mensa altaris de qua.
R. dr 2 panis vero. Et no qi ca
roc dr panis mutati sy quti
sy tussbari sy tussc i corpus
xpi dr sub eisd actibus ee incipit
loco panis sed dr a grammaticis
a muta i ie c eo a puti for
ma pitu ago egi qi loco hg
Q. re a pt e. Si querar vbi re
manet ista acti a primo p9 tus
sbacom cu vel ibi remaneat sp
sba panis et vini corpalis Respon
de cu pmo qd qi quale sundi mo
do hz no actus in pfica fa
cultate tlem oprendi modo hz
actus nois in theorica vitate
na sed hec no albu sit actus
in sbo. a hec no albedo stat
actus sy sbo in opposito. Sic
aute oseracoe actus e i sbo.
qm opsistit in alio si p9 oseracom
e sy sbo qui opsistit pre
tusit vel sba si remanet actia
vel dr actus in vi pricipii sed
in vi nois Secundo vel sba corpis
est vbi forma corpus no videtr
sit forma panis videtr vbi sba
panis no e. vel e alia ibi panis
nisi ego xpo q ndic panis dr
nisi i. Joh. 6. panis que ego
dabo et i. Corp. 11. quoticunque
manducabitis pane hunc. vel denuo
queret nam in gcia. vel osue
R. tudine in uniuerso. Ad hec et
nota qi in na dei e trinitas p
sonarum s. pris et fi. et s. s. in p
sona illa vel trinitas pparato e
sbarum s. deitatis aia et corpus In
sacro altaris trinitas specierum est
s. panis vinum et aqua In na
dei no e actus in sba vel sba
sub accidente s; In psona fily
illa xpo e actus in sba et sba
in actiute In sacro altaris hoc e
actus in sba si sba osistit se
Q. actiute. Si querar quid fugir
in hoc sacro Respondeo qi forma

panis fugitur a clericis et accipitur
corpus Christi sumitur et comeditur
ea que notat corruptionem consequentes
ad formam panis. ea vero que notat
acceptionem ad corpus Christi. Item queritur
quid a mure comeditur cum sacramentum
corroditur. Respondeo quod sicut miraculose
substantia panis convertitur in corpus Christi
et incipit esse sub sacramento. Sic mira-
culose revertitur cum ipsum sacramentum ibi
desinit esse. et licet ibi sit color
sapor quantitas et qualitas, non
tamen est ibi coloratum aut sapidum
aut quantum aut quale. quia miraculum
ibi vincit naturam et legi detrahit
dispensatio et fallit ibi argumen-
tum a coniugatis. Et non quod maxima
gratia nobis prestatur concedunt heretici
qui non credunt corpus esse in altari
per virtutem sacramenti. Unde ipse ait
Christus ultimo. vobiscum sum usque ad
consummationem seculi. Quod patet de pueritia spirituali
et corporali. Item turbatur. Sed contra
utrum licet turbatio fiat in instanti
an in tempore ita quod prius pars post partem. Respon-
deo quod in instanti et subito et
simpliciter ita quod totum simul mutatur
in totum et in eodem instanti desinit
esse panis et incipit esse corpus
Christi et per respectum ad terminum a quo
dicitur desinere et per respectum ad quem
dicitur incipere. Item turbatur in con-
fusionem hereticorum sepe miraculose
visa est species carnis in hostia
et non miraculum quia dyabolus adiura-
tus a presbitero confessus fuit primo
quod post consecrationem erat panis vite
et fortius adiuratus confessus est
quod erat ibi panis angelorum et for-
tius adiuratus confessus fuit quod
ibi erat deus et homo. in virtute dei
et hominis virtute adiuratus exivit
a muliere. Sed ad confirmationem fidei catho-
lice facta multa hereticis et incre-
dulis. multi in corporeis oculis
aliquando viderunt oblationem sanctifica-
tam a sacerdote super altare
veram carnem et verum sanguinem

Alii viderunt puerum infantem super
altare in manibus sacerdotis. Alii
tamen fugere hostia viderunt
puerum sedentem in corporali et non
videbat ibi panem et vinum. et
iterum puerum viderunt transmuta-
tum in figuram panis et vini. A-
lii viderunt angelos in circuitu
pueri astare. Alii viderunt ag-
num parvum in manibus sacerdotum
et sanguinem eius fundi in calice.
Sacerdotibus autem qui ista tractabant
nichil aliud quam panis et vinum
videbatur. Alii viderunt ange-
los quinque tradere sacerdoti et
quibusdam hominibus. et tamen sacerdos
hoc non videbat sed ipse sibi et
illo percipiebat ista. Alii vide-
runt quod multi ex iustis percla-
ram in specie clare stelle
ore accipiebant de manu sa-
cerdotis. et multi ex indignis
in specie carbonis extincti ipsum
accipiebant. Alii eos qui dig-
ne communicabant viderunt clara
facie eos qui indigne ad al-
tare accedebant videbantur ut
ethiopes. Quidam viderunt
dum sacerdos diceret canonem et bene-
diceret oblationem sola dextram
dei in similitudine manus hominis sic
cum dextra sacerdotis signum crucis
super oblationem facere. Quidam vi-
derunt angelum iuxta altare stare
scribentem [illegible] [illegible] in suo libro
nomina eorum qui audiebant mis-
sam. Et ad firmandam fidem ad pre-
ces beati gregorii panis accepit
formam digiti et postea apparuit in cru-
enta carne. Item de rustico
qui ad consilium phitonisse ut
pecudes vicinus haberet mel in
alveario posuit eucharistiam in
quodam vase apum et perdicens
invenit in vase illo beatam
virginem tenentem filium suum inter
ulnas. Item cum sacerdos quidam
sepius rogasset beatam virginem

ut ei ostenderet si panis ad consecrationem
sacerdotis fieret corpus. Cum celebra-
ret autem dominica oratione disparuit
et vidit Beatam Virginem inter ulnas
tenere filium et perterritus sacerdos
dixit Beata si tu vidisti hos-
tiam meam redde mihi. Cui illa
ecce quem sacras quem super altare
tenes quem comedis quem bibis
ego virgo genui. modice fidei
quare dubitasti. Nonne legisti
quod filius meus dixit nisi mandu-
caveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem
non habebitis vitam in vobis. qui manducat car-
nem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. pa-
nis quem ego dabo caro mea est
pro mundi vita. Nisi esset cottidie
panis iste sacrificatus. mundus iam
esset finitus. Et firmato sacerdote in
fide tradidit ei filium suum qui
cum panis que fucis. Perfice mis-
sam. Et sic resumpta specie panis
hoc fractam visio disparuit

Qualiter sit error in eukaristie sacramento
et qualiter improbatur. ad

Pane dicunt greci quod ubi
nos habemus panem ibi habent
autoartos dicunt interpre-
tatur levatus sursum portatus a fer-
mento et sale calore et elevatione
eius. Et therum panem volunt vivifi-
catum et plenum spiritu et calore de-
uratum. azima vero quia neque
sal neque fermentum habet dicunt ce-
lutum aridum. Sed in fermento tamen
dicunt posse confici eukaristie sacramentum.
Hunc errorem improbat Leo papa in
epistola contra grecos. et probat quod azima
tamen et non fermentata fuerint in
cena. quod sic patet quia Christus non
venit solvere legem sed adimplere. Mt.
5. sed secundum legem tunc tantum azimis
utebantur nec inveniebantur fer-
mentum in domibus eorum nec appa-
rebat apud eos. et qui comede-
rat fermentatum peribat anima eius
de cetu ipsius. Ex. 12. Levitici 1°.
Deut. 16. Et ita patet quod Christus

tantum azimo usus fuit et non fer-
mentato in solempnitate azimorum
quia si aliter fecisset ut transgressor
legis perire debuit et iuste oc-
cidi debuisset secundum legem Ex. 12.
Et constat quod Christus peccatum non fecit.
1 Pet. 2. Item expresse patet Christum
fuisse usum azimo in institu-
tione huius sacri. quia sequenti ti-
picum pascha finiret sicut comple-
tum et agni carnes cum apostolis
comederat accepit panem et
corporis sui instituit sacramentum de
cons. di. 2. Accipite. Sed qui dicunt
Christum fermentato in pascha usum
fuisse. legittimam excusationem
non habent unde tradendi deum
et iudicis permanendi in errore
suo et fidem nostram evacuandi
qui et iudeos tenebant ipsum prodere
et plures interficere secundum legem Deut.
17. Iudas cum confiteretur se peccasse
tradens sanguinem iustum Mt. 26.
Sed cum principes sacerdotum et omne
consilium quesissent falsum testimonium
contra Ihesum ut eum morti traderent
nulla tamen mortis inventa est
in eo ut dicitur eodem capitulo. Item si fer-
mentato usus fuisset. possent
secure dicere quod fermentatum in pas-
cha comedit. aut apud eum
affuit. ideo mori debet secundum legem
Ex. 12. Si videat Christum clam egis-
se Christum. cui ipsa veritas contradicit
ego palam locutus sum et in occulto
locutus sum nichil. Jo. 18. Nec hoc
latere possent ipsum iudeos vel domum
domus ubi pascha fiebat. Item
si dicatur quod licet in finibus
ipsorum non inveniebatur fermenta-
tum tamen esset opus ipse potuit
undique fermentatum exhibere ipsum
azimum benedicendo fermentare. Re-
spondeo quod nichilominus transgressor
legis fieret sed quocumque modo
apud ipsum fermentatum appareret
et si quocumque illud factum fuisset
aliquis evangelistarum meminisset

contulisset non insuper illo quo aquam
conversa in vinum. Et percipue cum esset
initium tam utilis sacramenti quod est totius
ecclesie fundamentum et per quod in corpore
manens et ipse in nobis De cons. di.
2 hoc est sacrificium. Quomodo ergo ut
confiteamur nobiscum quod Christus fermen-
tato abiecto in solempnitate azimorum
legem complevit. aut quod accepto fer-
mentato legem solvit, sed sic mentitum
inveniretur quod absit. cum dicat non
veni solvere legem sed adimplere. Item
non tradidisset Christus semetipsum pro
nobis Ephes. 6 nec esset traditus
propter delicta nostra quod tamen dicit apostolus
Ro. 4. sed propter sua. nec dedisset semet-
ipsum pro nobis ut nos indueret
ad tipum 2o. nec iustificasset gratis
per gratiam suam Ro. 3o sed iuste inter-
fectus fuisset pro transgressione legis si
fuit apud eum fermentatum assump-
sit. Exo. 20. Adhuc quod dicunt ar-
thos panem fermentato tantum et non
pro azimo contendere quod in omnibus
scripturis invenimus panem indifferenter
dici sive fuit azimus sive fermentatus
Levitici 1o et Luce ultimo. Et manna
panis dicitur quia panem celi dedit eis
et Sap. 16 Joh. 6 Exo. 16. Si ergo
manna quod nullam similitudinem panis
habet sive arthos dicitur quomodo azima non
panis tollatur que veram formam et
saporem visui tactu et gustu usu
cottidiano comprobat esse panem Item
angeli apud Abraham et Loth sub-
cinericios panes dicuntur comedisse
Gen. 18 et 19. et angelos corvos
attulisse Helie 3 Reg. 19. Et
in lege et in canonibus invenimus pa-
nes propositionis quos constat fuisse a-
zimos quia in lege dicitur Levitici 2
omnis oblatio que offertur domino
absque fermento erit. Et Deut. 16
Moyses vocat arthon id est panem
afflictionis. Item quod obiciunt Christum
anticipasse pascha absurdum videtur

cum Christus transgressor legis fuit
sicut si quis pascha voluerit
observare. Preterea cum Lucas dicit
22 quod cum facta esset hora discubuit
et cum ut lex precedat. Hiis propo-
suit celebrare pascha. tamen 14a luna
oportet observari Num. 9 et nondum
quando 14a luna mensis primi. im-
mo in 15a luna mensis secundi.
Et quicumque aliter presumpsisset de
medio populi sui periret ut dicitur
ibidem. Unde constat quod Christus ea die
fecit cum apostolis pascha qua necesse
fiebat secundum legem scilicet 14a luna
mensis primi ad vesperam. Et eciam
est quod in hoc ritum legis sicut in
aliis observavit. quia non venit
legem solvere sed adimplere. Vel
potest dici quod cum Johannes dicit 13 ante
diem festum pasche accipit tempus
nove legis Mt. 20 et Mc. 16
tamen dicunt prima die azimorum
accipimus secundum tempus veteris legis
secundum quam dies illa incipit
14a luna ad vesperam. secundum vero
cursum solis incipit mane. Sed
secundum novam legem incipit media
nocte. quia habitantibus in regione
umbre mortis lux orta est
eis Ysa. 9 et Mt. 4. Per solutionem contrariorum
potest dici quod pascha et azima
equivoce ponuntur et indifferenter
sumuntur ab evangelistis. Potest ergo re-
ferri ad corpus obiecta per hanc
distinctionem quod pascha quandoque dicitur ipsa
hora qua immolabatur agnus ut
Mt. 26 scitis quia post biduum
pascha fiet. Quandoque agnus typicus
sed in cena ubi vis paremus te
comedere pascha. Quandoque agnus verus
1 Cor. 5 pascha nostrum immolatus
est Christus. Quandoque dies festi Luce
22 appropinquabat dies azimorum
qui dicitur pascha. Et Joh. 13 ante
diem festum pasche. Quandoque cibus pascha-
lis Joh. 18 et ipsi non introierunt

B.

ut non contaminaretur sed ut mandu-
caret pascha. Videlicet quod dicunt fer-
mentatum pane vivificum et plenum
spiritu. Respondetur quod heresis est asserere aut
nece panibus fermentatis absque
misterio dominice passionis. Et aut
dicitur azimum ex hebreo avidum
quod non sal non fermentum habet. Eadem
voce possunt dici beatos spiritus et
animas iustorum et ipsa elementa
ex quibus vir(tus) ... consistunt ex hebreo
avidum quia non sal non fermentum
habent. Item contra dicentes quod cum
veritas venit figura cessavit et
evanuit umbra cum lumine ef-
fulsit. Cum igitur verum pascha venit
que precesserant in typico cessa-
verunt. Contra illud novis superve-
nientibus vetera proicietis Levitici
26 et apostolus 2 Cor. 5 vetera
transierunt et ecce nova facta sunt
omnia. Et sed Christus verum pascha
confecit cum lactucis agrestibus
sic et absque panibus azimis nec
veterem ritum in novo sacrificio
retinuit ac per hoc nos iudai-
zare docet. Nam utrumque precipitur
in lege preceptum Exo. 12 et edent
inquit carnes nocte illa assas
igni et azimos panes cum lac-
tucis agrestibus. Respondetur quod etiam
non abiecit omnes legales consue-
tudines sed aliquas quas retinuit
sed deum est suum doctrina ...
... salutare. Nec ... gratia
... induxit sed in melius aliqua
mutavit. Nam cum circumcisionem
mutavit non superinduxit ...
... sed extulit in melius
... sit cum azimum et fer-
mentatum sint contraria non debe-
bat ut deus tamen sibi contrariis
abiceret azimum et assumeret fer-
mentatum sed potius fermentatum
quasi minus bonum abiceret et
azimum quasi magis bonum preferret

Item opponunt quod fermentum fiat
fervore spiritus sancti quo superveni-
ente corpus Christi de carne virginis
est conceptum. Et ideo quod fermentum
fiat humore aeris virginalis
et umbilicum unionis dicunt, ...
sic confice in fermentato. Respondetur contra
apostolum quod Christus de massa pec-
cati corpus sine peccato suscep-
tum azimum de fermentato et
ut inter Christum et partem malitie
et nequitie nil intersit. Sed inter
fermentum et aquam in azimo non ve-
teris masse vel aliene corrup-
tionis intervenit. Nam per frumentum Christum
per aquam populus designatur. Et ideo ad
mixtura frumento sine fermento de-
signat populum sine peccato coniunctum
esse Christo. Vel sed azimus panis
de pura massa sine fermento
conficitur. Ita corpus Christi sine peccato
de illibata virgine est conceptum.
Item nota quod oppositio qua faciunt
de fermento quod abscondit mulier
catholico dogmati convenit. Sed nunc mulier
illa fuit ecclesia et tria sata fuerunt tri-
nitate ubi ... et ad quid ecclesia
in ipsa beata trinitate fermentum ab-
scondit. Nunc summo et ingenti
bono quidem augmenti vel eleva-
tionis conferri potest vel potuit. Item
nota quod salva reverentia corporis
Christi ... in fermentato et azimo sed
quod azimum est indigens quam fermentatum
cum azimum ex nuda farina et
pura aqua conficitur absque aliqua
corruptione. Fermentum vero fit ex
spuma musti vel fece cervisie vel
... ordei vel ex ...
vel lac ... vel ...
conspersione farine. Sed constat ista
apud ... corrupta et sor-
dida reputantur et cum et massa
cui fermentum mittitur modi-
cum non fermenti tota massa cor-
rumpit. 1 Cor. 5. Et ubi cor-
ruptio ibi ... sine ...
tas. Item fermentum in scripturis

in malum accipitur. Luce 12. Cavete a fermento phariseorum. 1 Corinth. 5. Expurgate vetus fermentum. Et si omnibus scripturis perscrutemur, numquam fermentum in bona significatione ponitur nisi ibi simile est regnum celorum fermento quod acceptum mulier abscondit. Matth. 13. ubi doctrina applicata signatur. Azima vero semper in bona significatione ponitur. 1 Corinth. 5. Epulemur in azimis. Dicitur autem azimum quasi sine fermento; zima enim grece latine dicitur fermentum. Quid autem in fermento significetur audiat sibi exponentem Ambrosium super Venite ad Betel et ceteras. De fermento laudat ergo nichil corruptum vel corruptibile sed totum sinceritatis atque sinceritatis in hoc sacro [illegible] non fermentatum sed azimum consecratur. Hic attende quibus maiori diligentia subtiliori significatione divini corporis perfectionem et veritatem innuitur. Ecclesia romana a ministris altaris in sacrario confectum offert azimum qui ex grano frumenti et limpida aqua efficitur coctus igne et ignis calore constrictus et roboratus, sicut et in una Christi persona tres perfectas credentes substancias veneramur: carnem humanam per granum frumenti, animam rationalem per aquam, verbum dei vivi per ignem, quia sue deitatis calore tamquam igne et aqua et carnem sibi construxit et consolidavit totaliter. Preterea a ministris fidelibus invocatione totius trinitatis fit unum et singulare corpus Christi, non sed theopatice dicitur corpus patris et filii et spiritus sancti, quia in consecratione cultura tota trinitas operatur, sed sola mors Christi in fractione et in ipsius annunciatur. 1 Corinth. 11. Quotienscumque manducabitis panem hunc etc. Et non quod leve continet mistio ista tria vid

farina pura sine furfure candida que est nuda a peccati contagione quem granum frumenti est de utero virginis tamquam de terra natum. Ioh. 12. Nisi granum frumenti in terram cadens etc. Est aqua farinam conglutinans anima est carnem vivificans. Ignis vero est unum quia deus noster ignis consumens est. Deut. 4 et ad Hebr. 12. Secundum autem disciplinam et cautelam consecrant super tanto ministerio ad confusionem ipsorum requiritur: ipsi non domo vel precio fermentatum a convivio vel muliere emunt, ita quod a publico foro ad mensam dominicam transferunt, illotis et sordidibus tractant manibus. Contra [illegible] ipsos quamquam [illegible] est princeps [illegible] fermenti farine salis et aque et ignis quorum omnium significationes congruas ab eis requirere sed nos de azimo assignamus. Contra hec cum auctoritate veteris et novi testamenti latina ecclesia utatur azimo in sacrificio quod a grecis cum institutione fermentatum tamen et obstinate defendant, nullus non convincere potuit quod misterium fidei commendat quod ipse qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo agnus immaculatus qui tollit peccata mundi. Contra eum querere ab eis quare non mutat vinum in aliud liquorem sicut mutat azimum in fermentatum. Cum non vinum recipiunt azimum cur abiciunt. Hic vero romana ecclesia illud integre fide servavit semper quod ab ipsis accepit apostolis qui presencialiter ea sacra instituerunt doctrinis et ecclesiastici ritus [illegible] docuerunt ab ipsis non apostolis [illegible] Petro et Paulo quos vivos habuit et defunctos custodit. Habemus

sacrificii ritum accepit quem a tem-
poribus inviolabili cultu servavit
Greci vero per eandem tamen Dominum incom-
mutabile per diversas heres diviserunt
ut perfectius divisiones scandalum
interponerent. sacrificii ritum teme-
re mutaverunt. Illud tamen notandum quod tam
in azimo quam in fermento potest con-
fici sacramentum. ut est de con. di. II. nec
alterum istorum detrimentum. nobis tamen
est determinata materia. quia ecclesia elegit
et approbat quod in azimo conficiatur
et quia Dominus de azimo confecit. et
in grecos indicatur de heresi. non
quia fermentato conficiunt sed quia quod
licitum est dampnant et quia unum
reprobat sacramentum. **Contra Armenos qui non miscent aquam vino in eucaristie sacramento**

Et vino similiter cum aqua mixto
in sanguine. Contra Armenos
qui non miscent aquam in sacra-
mento. Contra quos non aqua in cali-
ce mittitur vinum cum aqua de
con. di. 2 in calice. Quia non debet in ca-
lice Domini aut vinum solum aut aqua
sola offerri sed utrumque permixtum
quia utrumque sanguinem Christus in passione
profudit de con. di. 2 c. 1 et
c. 4 de con. di. 2. Hoc in signum
est quia cum utrumque miscetur sacramentum
spirituale efficitur. ut calix Domini est
aqua sola vel vinum solum nisi
utrumque misceatur. Quomodo corpus Domini
non potest esse farina sola nisi utrum-
que adunatum utrumque et copulatum
sit et panis unius compage so-
lidatus ut dicit Cyprianus de con.
di. 2 c. 2. Item quia constat Dominum
vinum mixtum obtulisse de
con. di. septima. Et quia ipse Dominus sic
tradidit de con. di. 2 in sacra-
mento. Et quia cum in calice vinum et aqua
miscetur populus Christo adunari signi-
ficatur. Unde si vinum tantum quis of-
ferat sanguis Christi incipit esse sine
nobis. Si vero aqua sola plebs
incipit esse sine Christo. et sic
salutis nostre negligitur sacramentum
de con. di. 2 cum omne. Ad idem
quod de cele. mis. cum marthe
et c. perniciosa et ultra. Et aqua per
admixtionem transit in sanguinem et vi-
num per conversionem transit in sacramentum
ablutionis et vinum in sacramentum re-
ceptorum de con. di. 2 in calice et
di. e. Hec miscetur in aqua cum
vino ut per hoc intelligatur populus
fidelis esse cum Christo. et Christum
manere cum populo suo. ut sicut aqua
non separatur a vino sic nec populus
separatur a Christo. Ratio quare ipse permit-
tit aquam ultra ecce ergo sum vo-
biscum sicut dicit. Et aut a diaco-
no aqua in calice non ponitur
sed sacerdoti vel pontifici ponenda of-
fertur. Significat quod sacerdotes et ponti-
fices mediatores sunt inter Deum
et homines et vice Christi Deo pecca-
tores reconciliant in corpore. po-
suit in nobis verbum reconciliationis
sed per Christum reconciliati sumus Deo
Deus erat in Christo mundum reconcilians
sibi. vel adhuc ad cautelam aqua
in calice sacerdos ne quid deficiat
ad perfectionem pertineat sacramenti
Et aut vinum prius in calice ponitur
deinde aqua. Significat dilectionem qua
prior dilexit nos et prius venit
ad nos quam nos ad eum Io. xv.
non vos me elegistis sed ego vos. Et
aut prius vino cum aqua mixto
usus fuerat verisimile est per tres
illius consuetudines ubi erat reprehen-
sibile vinum bibere sine aqua et propter
vini fortitudinem quod non esset
potabile sine aqua propter tres illius
calorem ubi potus vini erat sed
virus si quis illud bibet sine
aqua. Et verisimile est quod prius
ibi usus fuerat aqua sine vino
quam vino sine aqua. quia magis
est ibi consuetum sola aqua bi-
bere quam solum vinum. Propterea quod patribus
vinum et aqua ponitur in altaris

sacramento fiunt 3° propter illas virtutes
sine quibus non possumus salutem con-
sequi ut christo incorporari per aquam
omnia lavantem fides de qua petrus
act. 15 fide mundans corda eorum
per vinum quod letificat cor hominis
spes de qua ps. 3° salvatorem ex-
spectamus dominum ihesum christum qui reforma-
bit etc. per panem qui de multis granis
efficitur caritas in qua unitas
corporis designatur apoc. 22.
et qui manet in deo manet et deus
in nobis 1 Joh. 4 que sola legem
A. adimplet Rom. 13. Et hoc contra
armenos qui non miscent aquam
vino in sacramento dicentes quod sanguis
et aqua separate exierunt de latere
christi et ideo separatim debet vinum con-
secrari in sanguinem in sacramento al-
taris et aqua in baptismo. Respondeo
quod licet in christi corpore quantum ad locum exierunt
sanguis et aqua sed tunc separatim
exierunt sic separata vinum et aqua
quasi illa erant in sacramento
corporis christi sic mixta et aduna-
ta de cons. di. 2 c. 2. Fluxit u-
nda ut bibet populus redundat
aqua in calice salit in vitam
eternam. Fluxit et aqua ut
mundaret sanguis ut redimeret
de cons. di. 2. in calice mittitur vinum
et aqua. qui enim sub precio gratis
demundati eramus sine argento re-
dimimur Ysa. 52. Non enim cor-
ruptibilibus auro vel argento re-
dempti sumus sed precioso sanguine
illius christi 1 pet. 1. Et Apoc. 5.
Redemisti nos in sanguine tuo.
Sanguis enim precium nostre redemptionis
aqua lavacrum sicut nunc signatur
Ezech. penultimo. Et non aqua sola
vel vinum solum in calice sacrum
non fit vel baptismus sine fide pas-
sionis vel passio sine fide bap-
tismatis sufficit ad salutem.
Ad iudicium hereticorum illud apoc. 26.
non bibam amodo de hoc genimine
vitis etc. dicentes quod genimen

vitis est vinum purum sine aqua ex
quo probatur mittitur quod post usus
fuit in consecratione. Quia sacramentum vino
sine aqua non fit. Respondeo quod tunc vinum
ponendum dicitur et non aquam cum
de quo genimine vitis et eo quod
fit illi aqua sed 2° quidam dif-
finitorum vini vinum est aqua pu-
trefacta in vite. Vel dic quod
tantum modicum parvum aque ponitur
in vino itaque possit absorberi
a vino et tunc hoc vinum non amit-
tit suum colorem vel saporem vel
nomen vini si aqua mittitur in
vinum ut patet de cele. miss. cum
martha § Quesivisti § preterea
§ vi. et ca. penultimo quia
corpus non mutatur in eternum sed
eterna in corpus sed deus est Aug.
Cresce et manduca me nec ego
mutabor in te sed tu mutabe-
ris in me. Greci vero ponunt
aquam fluentem dicentes aquam
calidam et calidum sanguinem de christi
corpore exisse. Contra ipsos
vacces eorum concordit mar-
cus dominum ihesum christum hora nona
fuisse mortuum et sero lancea
percussum cum sanguis et aqua exivit
et ita suum corpus esse totum erat
premortuum et frigidum. sanguis
ille naturaliter non fuit calidus. Vel si
aliquo modo caluit quoniam aliquis
contrarium hoc tunc miraculum non
retulit. Ideo querere ab eis an
sanguis tunc aut aqua tunc a se
caluerit utraque. Si sanguis tunc
quare calefaciunt aquam. Si aqua
tunc quare ex ea calefaciunt
sanguinem. Si utraque similiter quare non
calefaciunt utraque simul. Illud
autem notandum quod ex latere christi dormi-
entis in cruce exivit sanguis
et aqua ex quibus formatur ecclesia
quemadmodum ex costa ade for-
mata est eva. quia sicut culpa inde
et gratia. culpa per feminam gratia
per christum de cons. di. 2. in calice
Si queratur quare non fit turbato

B. C. D.

Unde q(uod) h(i)c ait angelus s(an)c(t)e luce
p(ri)mo sp(iritu)s s(an)c(tu)s supueniet in te
.i. op(er)atoe sp(iritu)s s(an)c(t)i sit tu(n)c s(an)c(t)ificato
Sicut n(on) (con)cepto filij dei in utero
v(ir)ginis no(n) possibile ut h(um)ane
s(ed) sp(iritu)s s(an)c(t)i v(ir)tute (et) gr(ati)a f(ac)ta
est. Sic licet mutato vel tu(r)ba-
tio in altari no(n) ta(men) s(ed) p(ote)state
divi(n)a fit. Si v(er)o q(uod) accide(n)ta panis
(et) vini p(er)maneat (et) no(n) sit i(n) x(rist)o
corpore u(nde) in alio s(er)mo(ne) q(uo)d est
(con)tra n(atur)am acci(dentiu)m cu(m) ee e(st) i(n) ee
s(ub)i(ect)o pote(st) divi(n)e e(st) no(n) h(umana)e ta(men)
invisibilis sacerdos visibiles c(re)aturas
in s(ub)sta(n)tiam corporis sui (et) sa(n)guinis
(con)v(er)tit. V(e)l p(ro)p(ri)o secreta p(ote)state de
(con)s(ecratione) d(istinctione) 2 q(uia) corpus. No(n) (con)tra
n(atur)e ordine(m) in x(rist)i corpore cu(m) p(re)t(er)
n(atur)am sit x(rist)us nat(us) d(e) virgine de
